Ad intelligentiam dictorum tria sunt declaranda. Primo declarandū est. vtrū rhetorica sit alicuius generis determinati: vt vtę de omni dato persuasiones possint formari. Scdo determinandū est. vtrū rhetorica dialecticę subalternetur. Tertio videndum erit: cum rhetorica sit quędam potētia ratiocinatiua circa opera ciuilia: et ordinem habeat ad dialecticam et politicam: cum dicatur pars dialecticę. vtrum possit dici pars politicę. ¶ Circa primū notandum φ sicut est in virtutibus moralibus: sic est in scientijs: et potissime in rhetorica et dialectica habet esse. Videmus enim in dictis virtutibus duplicē materiam: vnam proximā: et aliam quasi remotam: vt in magnanimitate ꝓpria materia videtur esse honor. Remota autem videtur esse materia: circa quā negociant̄ alie virtutes. Naz omne ex quo pōt consurgere honor: est aliquo modo materia magnanimitatis: et quia ex artibus virtutū et ex materia ipsarū potest ꝯsurgere honor. magnanimitas aliquo modo negociatur circa omnes virtutes. vnde phs vult φ magnanimitas operatur magnū in omnibus virtutibus. Sicut etiā in temperātia et in fortitudine possum⁹ distinguere duplicem materiā. vz. passiones: et ea ex quibus passiones consurgunt: simili modo in dialectica et rhetorica sicut materia propinqua se habent actus rationis: sicut remota se habent res: ad quas huius rationis actus sunt applicabiles. ¶ His visis declarare possumus dialecticā et rhetoricam non esse circa determinatum genus. Nam si volebamus accipere materiā harū. actus rationis circa quos īmediate versantur: nō sunt talia determinati generis: eo φ ratio male sit terminabilis termino ꝓprio: semper enim ratio ſm φ hm̄ōi tendit in aliquid: vt in illud: de q̄ est. Si vero materiam diuersarū partium accipere voluimus res: ad quas sunt applicabiles rationes: adhuc veruz est eas non esse determinati generis. Nam et si rhetorica magis est applicabilis ad facta singularia. siue ad opa politica: vel ad ea: ex quibus passiōes cōsurgere possunt. dialecticā vero magis ad alia: ꝓpter hoc debere dicere rhetorem versari circa determinatum genus. Non eniz solū persuadere habet circa ea: quę consurgunt ex vbi: φ non possint persuadere circa ea quę consurgunt ex quali: vel circa actionem et passionē: siue circa alia predicamēta: qd non est in geometria: cum magnitudo terminet̄ ad genus quantitatis continue: nec in arismetrica: quę determinat̄ ad genus q̄titatis discrete: nec in alijs artibus. ¶ Et isto modo phs indeterminationē generis videtur saluare in rhetorica: vt quia circa quodlibet contingens datum persuasiones potest conspicere. Possemus tamē dicere si vellemus: qd licz rationum rhetoricarū videat̄ esse ꝓprius vsus circa materiam politicaz. potest tamen vsus earum adaptari ad materiā aliarū scientiarū. ¶ Unde Alfarabius in suis preambulis super rhetorica ait: φ ꝯuenit orationibus persuasiuis vti in scientijs. veruz earum vsus in scientijs non habet vsum scientialem. sed incedit via rhetoricali in non subiectis rhetoribus: ꝓpterea φ subiecta rhetorica ꝓpria ipsius: in quibus viam habet persuadendi: sunt singularia.

Secundo declarandum est. vtrum rhetorica subalternetur dialecticę. ¶ Propter qd notandum subalternationē posse sumi dupliciter: large et sic qōlibz superior scientia sibi subalternat: et isto modo metaphysica: quę est suprema i scientijs: oēs ceteras alias sibi subalternat: et sic accipiendo subalternationem rhetoricam dialecticę subalternatur. Nam in quolibz genere: quod attingit optimum et suppremuz excellit alia: quę illud nō attingunt: sicut prima phia considerans deum: qui est quid optimum: ceteras alias scientias speciales excellit: sicut in genere rerum est dare vnam rem optimaz: vt primā causam: circa quā versatur suppre ma scientiaruz realium: sic in genere rationum est dare vnam rem optimam: vt syllogismum. qui est ad concludendum violentior: et ad contradicēdū efficatior: circa quā versat̄ dialectica. Propter quod inter scientias rationales sequit̄ dialecticaz superiorem esse. imo ſm viaz predictaz est magis supprema dialectica inter rationales q̄ metaphysica inter reales. Nā si ex optimo talis excellentia accipitur: q̄to magis attingitur optimum: tanto excellētia est potior: qr dialectica essentialius respicit optimā rationum q̄ metaphysica optimū entiū: eo φ syllogismus magis sit subiectuz in dialectica q̄ deus in phia pria. Opz nos dr̄e ſm hāc ꝓportionē aliquo modo dialecticā magis esse excellentē inter rōnales: aut magis supare rhetoricā q̄ metaphysica: alias igit̄ ſz tacitā subalternatiōis rhetorica subalternat̄ dialecticę. ¶ Sed si proprie subalternationē sumere volumus: et ut de ea determinat phs in primo posteriorū caplo de subalternatione scientiarū: subalternationē inter dictas scientias saluare nō possumus qd duplici via declarari potest. ¶ Prio ex ordine: qui requirit̄ inter scientiā subalternantē et subalternatā. ¶ Scdo ex vniuoco modo procedendi: sic enim imaginari debemus: φ subalternatio quendaz importat ordinem qd ex ipso nomine demonstratur. nam ex eo φ aliquid est sub alio: et ad aliud ordinatur: illi subalternari dicitur. Quę ergo per se non habent ordinez ad inuicem: inter ea per se subalternatio esse non potest. ideo requirit illud per se considerari a scientia subalternāte: circa quod versatur scientia subalternata: ꝓpter qd sicut nō dicim⁹ sophisticaz subalternari dialecticę: qr sophisma de quo considerat sophisticus per se: cōsiderat dialecticus per accidens in quātū est obliquitas artis: sic non debemus dicere rhetoricam subalternari dialecticę: quia enthimema. de quo est rhetorica per se: consideratur a dialectico per accidēs quodāmodo. vz. put deficit a syllo: de quo considerat per se. ¶ Possumus etiam ostendere ex mō procedendi ꝓpie rhetoricam dialecticę nō subalternari. nā nisi eēt q̄ modus vniuocus procedendi et demonstrandi inter ꝓspectiuū et geometram: vt quia vterqz per lineas et triangulos: vna alteri non subalternaret̄. Sic naturalis quantum ad illam partem: quę est de yride non procederet per reflexionem lucis: et ꝑ pyramidem constitutā ex angulis incidentię equalibus angulis reflexionis vt procedit perspectiuus: ei nō subalternaretur. Et qr modus procedēdi rhetoricus est alius a modo procedendi dialectico: et circa aliam materiam applicabilis: inter eas subalternatio saluari non potest. imo sicut per rationes logicas aggenerat modus sciendi. qui non aggeneratur per rationes artium et realium: cuz per eas aggeneretur scientia: dialectica non subalternat sibi reales scientias: nec econuerso: ita qr per rationes rhetoricas aggeneratur fides: quę non aggeneratur per dialecticas: sed tm per eas aggeneretur opinio dialectica non subalternat sibi reales scientias: nec econuerso.

Tertio declarandū est: φ he rationes rhetoricę sint applicabiles ad negocium politicum: quasi ad propriam materiam: magis tamen debet rhetorica dici quędaz dialectica q̄ quędam politica. Nam vt habitum est: actus rationis sunt id circa qd īmediate versatur rhetorica. Facta vero ciuilia sunt: quasi materia eius remota: quia habitus sortitur speciē ex eo: circa quod versat̄ imediate

immediate: sicut erit rhetor magis rationalis artifex quam politicus: quia immediatius versatur circa rationes quam circa res: sic magis est dialecticus quam politicus: cum ex eo quod respicit rationes conueniat cum dialectica: ratione vero rei ad quam rationes ille applicantur: vt ratione operum ciuilium sit negocium circa mores. ¶ Ideo notandum: quod facta singularia: ex quibus consurgunt passiones: si comparantur ad materiam ciuilem vniuersalem: secundum quam non conuenit amare vel odire: dicuntur propria materia: sed si comparantur ad actus rationis: vt ad persuasiones: sunt quodammodo materia extranea: propterea possemus distinguere triplicem materiam rhetorice: vnam omnino propriam vt actus rationis: quasi omnino extraneam vt res vniuersales. et medio modo se habentem vt facta singularia que quodammodo materia propria sunt rhetorice: licet non adeo vt actus rationis.

Earum autem preostendere: aut apparere ostendere sicut et in dialecticis. Hoc quidem inductione. hoc autem syllogismis. hoc autem apparens: et hoc similiter. Est enim exemplum quidem inductio. Enthimema quidem syllogismus. Voco autem enthimema quidem rhetoricum syllogismum: exemplum autem rhetoricam inductionem.

¶ In parte ista vult ostendere auctor: quibus instrumentis vtatur rhetorica: et duo facit: quia primo ostendit eam vti enthimemate in exemplo generali. Secundo de dictis instrumentis magis specialiter loquitur. Secunda ibi. (Nunc autem de ipsis.) Circa primum duo facit. Primo facit quod dictum est. Secundo dat differentiam inter enthimemata et exemplum. Secunda pars ibi. (Que autem est differentia.) Iterum prima pars diuiditur in duas: quia primo ostendit rhetoricam vti enthimemate: quod reducitur ad syllogismum. et exemplo quod reducitur ad inductionem. Secundo dat causam dicti. Secunda pars ibi. (Omnes autem persuasiones.) Dicit ergo quod sicut in dialecticis eorum ratio per que volumus preostendere quantum ad rationes veras: aut apparere ostendere quantum ad alias. hoc quidem dictarum rationum est inductio: hoc autem apparens syllogismus. hoc autem syllogismus. et hoc. i. in rhetorica similiter se habet. Nam exemplum ibi est inductio: enthimema vero est syllogismus: nihil enim est aliud enthimema quam rhetoricus syllogismus: et exemplum quam rhetorica inductio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Omnes autem persuasionem faciunt preostendere: aut exempla dicentes: aut enthimemata: et preter hoc nihil. Quare si quidem et totaliter necesse syllogizantem: aut inducentem ostendere quodcunque. Palam autem nobis hoc ex analeticis: necessarium vtrumque ipsorum vtrique horum idem esse.

¶ Probat instrumenta rhetorica reduci ad instrumenta dialectica. Nam si omnes persuasiones rhetorice faciunt preostendere ex eo quod facientes huiusmodi rationes sunt dicentes exempla: aut enthimemata. et preter hoc nihil: quia rationes rhetorice solum dicuntur exempla et enthimemata: ex quo palam est nobis ex analeticis. i. ex libro priorum: quia volentem ostendere quodcunque: aut quecunque taliter: necesse est ipsum syllogizantem: aut inducentem esse. i. ex quo omnis ratio: vel reducitur ad syllogismum vel ad inductionem: que sunt instrumenta dialectice: et enthimemata et exempla: que sunt instrumenta rhetorica reducuntur ad dialectica instrumenta. ideo subdit necessarium esse vtrunque ipsorum. scilicet enthimema et exemplum esse idem vtrique horum. idest syllogismum et inductionem. Quomodo autem omnis ratio reducatur ad syllogismum et inductionem: et qualiter enthimema et exemplum reducantur ad ista: in fine lectionis declarabitur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que autem differentia exempli et enthimematis manifestum ex topicis. Ibi enim de syllogismo et inductione dictum est prius: quia hoc quidem in multis et similibus ostendere quod sic habet: ibi quidem inductio est: hic autem quibusdam entibus aliquod exemplum. propter hec accidere preter ista: eo quod hic sunt vniuersaliter vt in pluribus: ibi quidem syllogismus: hic autem enthimema vocatur.

¶ Dat differentiam inter exemplum et enthimema: et tria facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo concludit eam enthimemate quam exemplo vti rhetoricam. Tertio comparat persuasibile per exemplum ad persuasibile per enthimema. Secunda pars ibi. (Manifestum autem.) Tertia ibi. (Persuasibile quidem igitur.) Dicit ergo primo quod differentia exempli et enthimematis manifesta est ex topicis. i. primo topicorum: ibi enim de syllogismo et inductione dictum est. Prius enim habitum est ibi: quod hoc quod. idest quod inductio est ostendere in multis et similibus: quia sic habet. Nam inductio vt in libro topicorum habetur est a particularibus ad vniuersale. vnde est transibilior et planior: et secundum sensum notior. et pluribus communis: et quod ibi hoc est in dialectica est inductio. hic idest in rhetorica est exemplum. aut pro sed. idest syllogismus habet esse quibusdam entibus. i. premissis alterum aliquod. idest conclusionem propter hec. idest propter premissas ostendere. Nam conclusio: que est aliud a premissis accidit propter premissas: vt quia. idest premisse vere sunt vniuersales: aut in pluribus: et quod ibi hoc est in dialecticis est syllogismus. hic hoc est in rhetorica: vocatur enthimema. Vult ergo dicere quod quia in topicis est differentia habita inter syllogismum et inductionem: de leui patet differentia inter exemplum et enthimema: cum enthimema sit quidam syllogismus: exemplum vero quedam inductio. ¶ Ad intelligentiam huius notandum philosophum dedisse duplicem differentiam inter syllogismum et inductionem. Vnam que tacta est. scilicet inductionem esse ex multis particularibus similiter se habentibus ad aliquod vniuersale. Syllogismum vero esse orationem: in qua quibusdam positis premissis conclusio accidit per illas. Aliam autem in libro priorum. vbi dicitur syllogismum per medium coniungere maiorem extremitatem minori. Inductionem vero per tertium. idest per minorem extremitatem coniungere maius extremum medio. quia autem differentia data in libro priorum subtilior erat: et minus ad propositum quam differentia data in libro topicorum: ideo adduxit illam et non istam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifestum autem et quod vtrunque habet species rhetorice. Sicut autem et methodicis dictum est: et in his similiter habet: sunt enim he quidem exemplares rhetorice: he autem enthimematice et rhetorice: similiter hi quidem exemplares: hi autem enthimematici.

¶ Concludit quod species rhetorice: hoc est rhetorica habet vtrunque. idest vtitur vtroque instrumento: exemplo et enthimemate quia sicut in methodicis. idest in topicis dictum est de inductione et syllogismo: et in his hoc est in rhetoricis similiter se habet quantum ad enthimema et exemplum. Sunt enim orationes rhetorice extra res: he autem enthimematice: sic et rhetores: qui talibus orationibus vtuntur quidam sunt extra res: quidam enthimematici. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Persuasibile quidem non igitur non minus ora

stiones:que per exempla. Turbant aut magis enthimematice. Causam aute ipsorum: et quo utendum dicemus posterius.

¶ Ostendit orationes per exempla nō esse minus psuasibiles q enthimemata. nā hoīes vulgares: qui sunt auditores rationū rhetoricarū volentes melius capere exempla: turbant magis. siquis eni loquit enthimemate. Unde addit q causam horum. vz. q enthimemata plus turbāt auditore q exempla: et quo utendū est utroqz. i. enthimemate et exemplo. posterius dicet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nunc aut de ipsis his magis determinem⁹ liquido. Qm eni persuasibile alicui psuasibile est: et hoc quidem confestim existit ppter se psuasibile et credibile. Hoc aute eo q videatur ostendi per talia.

¶ In pte ista magis in spāli inquirit de psuasionib⁹ rhetoricis: et duo facit. qz pmo inquirit qualr rhetores persuadere debent. Scdo ex hoc investigat ex quibus consistent enthimemata et exēpla: per que fiunt psuasiones rhetorice. Scda ps ibi. (Qm aut sūt pauca.) Circa pmū duo facit. qz pmo distinguit persuasibile. scdo adaptat distinctionē ad propositum. scda pars ibi. (Nulla aut ars.) Dicit ergo q determinandū est de ipsis persuasionibus magis liquido: et magis clare. distinguēdo persuasibile ppter se: hoc quod propter se persuasibile est: confestim distinguit per se psuasibile et credibile: hoc aut qd ē psuasibile huic: est tale: eo q videat ondi p talia. i. psuasibilia huic. ¶ Deide. c. d.

¶ Nulla autem ars considerat particulare puta medicinalis qd Socrati sanū ē: aut Callie: sz quid tali: aut talibus. hoc eniz artificiale. Qd scdm vnūqdqz infinitū: et nō scibile: neqz rhetorica qd secundū vnūqdqz pbabile cōsiderabit: vt Socrati vl' Yppie. sed qd psuasibile talibus: sicut dialectica. Etenim illa syllogizat non ex quibuscūqz: viderēt eni quedā et deliris. Sz illa quidē opportunis. Rhetorica autē ex iam consuetis consiliari.

¶ Ex distinctiōe data investigat quo rhetorica de psuasibili intendit. et duo facit: qz pmo ostendit rhetoricā non intendere de persuasibili huic. scdo dat modū: quo negociatur circa persuasibile simplr. ibi. (Est autem opus.) Dicit ergo q nulla ars cōsiderat particulare: vtputa medicinalis nō cōsiderat quid sit sanū Socrati: aut Callie: sed qd tali: vt puta quid tali egritudini: aut talibus. i. laborātibus in egritudine illa: et dat cām dicti: qz h. i. vle est artificiale: sine scibile: qd autē sm vnūquodqz. i. particulare et singulare est infinitum: et non scibile: et sicut medicinalis non cōsiderat sanū huic: sic rhetorica non cōsiderabit pbabile: vel psuasibile sm vnūqdqz singularium: vtputa Socrati vel Yppie: sed q est persuasibile talibus. i. sic passionatis: vel illo modo se habentibus. sicut dialectica: que non syllat de hisque videnf isti vel ille: vel de hisque videnf quibuscunqz: qz aliqua videntur deliris et stultis. differēter eni dialectica assumit probabilia: et rhetor persuasibilia: quia dialectica assumit probabilia optima ratione: sine cōpetentia ipsi sermoni. Rhetor vero magis arguit ex consuetis consiliare: q talia magis acquiescibilia sunt. Acquiescimus enim his que soliti sumus audire. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Est autē opus ipsius et de talibus: de quib⁹ cōsiliamur: et artes nō habemus: et inter tales auditores: qui nō possunt per multa conspicere: neqz ratiocinari a longe.

¶ Dat modū et documenta: quo psuadere debemus: et duo facit: qz pmo premittit documenta. scdo assignat causam dicti. scda ibi. (Cōsiliamur aūt.) Premittit ergo duo documenta: quorū primū sumitur quantū ad ea: de quibus persuadere debemus. vnde ait: q opus ipsius rhetorice ē persuadere de talibus: de quibus consiliamur: et artes non habemus. Scdm documētū est quantū ad modū arguendi: debemus eni breviter syllogizare: qz tales psuasiones fiunt inter auditores populares: qui non possunt conspicere: nec ratiocinari a longe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Consiliamur āt de his: q videntur cōtingere vtroqz modo se habere. De ipossibilibus eni aliter aut facta esse: aut fore: aut habere null⁹ consiliat ita existimans. Nihil enim plus.

¶ Manifestat predicta documenta: et pmo manifestat pmū. scdo scdm. scda pars ibi. (Haud sic cōtingit.) Ostēdit ergo pmo q psuasiones sunt de cōsiliabilibus: qz nos cōsiliamur de his: que videnf cōtingere vtroqz modo se habere. De impossibilibus eni aliter hre: aut aliter facta esse aut alr fore nllus: q san⁹ est mētis: cōsiliat ita existimās: q per consiliū suum talia intenf: nihil enim plus. i. ppter nostrū consiliari neqz plus: neqz minus talia esse habēt: et quia opera humana: de quibus persuasiones fiunt: sunt que contingunt aliter se habere: et de quibus consiliamur: ops autem saltem vt in pluribus circa cōsiliabilia psuasiones esse. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Haud sic contingit consiliari et concludere. Hoc quidē ex syllogizatis prius. hocāt ex nō syllogizatis: oportunis autē syllogismo: ppterea q non sunt opinativa. Necesse habz horū hec qdem non esse bene assequibilia ppter lōgitudinē. iudex eni supponit eē simplex. Hec autē non persuasibilia: ppterea q neqz ex confessis sint: neqz ex opinabilibus: quare necessarium enthimema esse et exemplū de contingētibus aliter se habere vt mlta: exemplū quidē inductionē: enthimema autē syllogismum.

¶ Ostendit documentum. vz. persuasionē rhetoricā debere ex paucis esse: et primo facit qd dictum est. Scdo ex hoc concludit syllos rhetoricos aliquādo habere constare ex vna propositione. scda ibi. (Et ex paucis.) Dicit ergo q haud. i. non sic contingit cōsiliari et cōcludere: hoc quidem ex syllogizatis prius: hoc aūt ex non syllogizatis: oportunis aūt syllo: ppterea q non sunt opinata. q. d. q in persuasione rhetorica nō debemus syllogizare et prosyllogizare: nec adducere nō syllogizata: que quia nō manifesta sunt syllogismo indigeāt. Nā cū in talib⁹ iudex et auditor supponaf simplex et grossus: necesse habef: vt quorum. i. de numero dictorum. vz. syllogizata indigerent syllogismo non erant persuasibilia: qz non sunt confessa: neqz opinata. ¶ Cōcludit aūt quantū ad primū documētū: q enthimemata et exemplū rhetoricū debēt esse de cōtingentib⁹ aliter se habere: vt multa. i. vt in pluribus: quia: vt infra patebit: aliqua enthimemata fiunt quodāmodo ex necessariis: et addit q exēplū sic se hz sicut iductio. Enthimema autem sicut syllogismus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et ex paucis et sepe paucioribus q̄z ex quibus primus syllogismus. Si eniz sit aliquid

horum notū nihil opꝫ dicere. Ipse enī auditor hoc appōit: puta ꝙ Doricus corābeleus agonem deuicit. Sufficiens dicere ꝙ olimpia deuicit. hoc autē ꝙ coronalis olimpia nihil opꝫ apponere. cognoscunt enim omnes.

¶ Ostendit aliquādo enthimema rhetoricū debere cōstare ex vna premissa. naꝫ licꝫ ex vno nihil sequat̄: tñ si altera premissarū est nota exponenda: ideo dicit: ꝙ enthimema rhetoricum debꝫ cōstare ex paucis: ꝛ sepe ex paucioribus: ꝙ̄ pmus syll's. idest ꝙ̄ syll's syllogiçatus fine nō computata prosyllogiçatione: qꝛ quando altera premissarum est nota: nō opꝫ dicere eaꝫ. Ipse enī auditor apponit ipaꝫ: vtputa. siquis vellet probare: ꝙ Doricus deuicit agonem coronalē. idest deuicit bellum: ex quo debꝫ coronari: sufficit dicere ꝙ deuicit olimpiaꝫ: si notum esset ꝙ tali victorie deberet̄ corona. Si ḡ ex h deberet fieri syll's: diceret̄ quicūqꝫ deuicit olimpiā: debꝫ coronari: Doricus deuicit olimpiā. ergo ꝛc. Sed si fit enthimema: tacet̄ maior: non enī opꝫ apponere ꝙ olimpia sit coronalis: vt quicūqꝫ deuicit olimpiā ꝙ ei debeat̄ corona: quia vt positum est: hoc omnes cognoscunt.

Ic declarandū est. Utrū omnis ostēsio reducatur ad syllogismū ꝛ inductionem. ¶ Propter hoc animaduertendū: an omnis ratio reducitur ad syllogismū: aut inductionē: licꝫ aliqua de necessitate concludat: que ꝓpe nec est inductio: nec est syll's: vt si diceremꝰ: nulla substātia interempta non interimit̄ substantia: ergo partes substātie sunt substātie. vt igitur ista reductio appareat. ¶ Notandū ꝙ homo ꝓprie rōnalis: modicū autē itellectualis est: dicit̄ enī intelligere simpliciter cognitionē sine discursu: rōnari vero discursum importat: ideo sube separate: qꝛ simpl'r veritatē inuenit̄: ꝛ absqꝫ discursu cognoscunt: simpliciter intellectuales sunt. Nos vero quoꝝ cognitio est discursiua: ꝛ nostrū intelligere est cū continuo tēpore: simpliciter rōnales sumus: participamus autē modicū de intellectualitate: vt quantū ad ꝓpria pncipia: que quasi existentia locus ianue in domo sine discursu cognoscimus. exceptis igitur pncipijs: ad que non est ratio: oīa alia non simpl'r sunt vera: verū qꝛ nō est nobis īnata cognitio simpliciter: nō est nobis inata pncipioꝝ cognitio: qꝛ vt scribitur scdo poste. icōueniēs est nos habere nobilissimos habitus: ꝛ latere nos. Sunt hmōi pncipia nota via sensus: memorie ꝛ experientie: ꝓpter qd̄ ꝯcludere possumus: ꝙ quecunqꝫ scimus: vel scimus p experientiā: vel per artem. nā si preter artem ꝛ experientiaꝫ contingat nos bene facere: hoc est casu: vel aliquo presupposito: de quo nobis non fit cure. ¶ Dicere ergo possumus oēm rōneꝫ nostrā reduci ad syllm̄ vel inductionē: sicut ꝛ oīs nr̄a cognitio aliq̄ mō ad artem vel ad experimentū pertinet: cū inductio sit rōcinium: que per experientiā sciuntur: sic enim imaginari debemus ꝙ experimentuꝫ dupl'r sumi pōt. Primo vt ab arte deficit: ꝛ sic expertorū quodāmodo nō est agere fm̄ rōnē: sed fm̄ ꝯsuetudinē: vt in pmo metaphy. dr̄ expertes modicum differre ab inanimatis. differūt enī quia illa agūt per nām: ipsi aūt per cōsuetudinē. Scdo pōt accipi experimentū fm̄ ꝙ est iductiuuꝫ artis iuxta illud. Experientia fecit artem: inexperientia casuꝫ: ꝛ sic expertū est vīa inductione: vt qꝛ vidimus ꝛ habemus in memoria ꝙ hec herba: vtputa reubarbarū purgauit colerā in hoc ꝛ in illo inducentes in multis facimus vnā propositionē vlem: que est pncipiū artis ꝛ scientie: vt ꝙ oē reubarbarū purgat colerā: ideo dictū est ꝙ inductio est verisimilior ꝛ planior: ꝛ fm̄ sensum notior: eo ꝙ a sensibilibus ad vl'ia pcedat: qui processus est ꝓprius expertorū: put per experientiā manuducimur in artem: syllogismo aūt quasi velociori ꝛ ad concludendū efficaciori vtitur ars vel sciā: ad quaꝫ vt ad cōpletiorē experientiā ordinat̄. Est ergo vna via ad reducendū oēm orationē nr̄am in syllm̄ ꝛ inductionē ex parte experimenti ꝛ artis: que predictis instrumētis vtantur. Secunda via ad ostendendū hoc idē sumi pōt ex his in quibus rationamur. Naꝫ omnis ratio nr̄a vel est ad pncipia: aut est iductio: ad ea que sequunt̄ ex pncipijs: ad pncipia autē est inductio ad ea que sequunt̄ ex pncipijs est syll's nam cum dicit̄ ꝙ ad pncipia nō est ratio: intelligendum est de rōne syllogiçata. Nam per syllogismū non possunt cōcludi pncipia scdꝫ ꝙ hmōi sine petitione pncipij. Pñt tamē pncipia per inductionē ostēdi: ꝛ ideo scribit̄ scdo poꝝ: ꝙ iductio oñdit extremū de medio per tertiū. syll's vo extremū de tertio p mediū. Tertia via ad ostendenduꝫ h idē sumit̄ ex parte nostra. nam oīs nr̄a ratio vel sumitur ex eo ꝙ ex admirari cepimus philosophari: vl' ex eo ꝙ accepimus ordinem in contrariū eius qui est a pncipio questionū: est enī inductio: qꝛ est magis sensibile istā magis rationibus competens: vt philosophari incepimus. Syll's vero: cuius est magis per causaꝫ incedere: competit nobis iaꝫ instructis. Quare igitur oīs ratio. vt tripliciter est ostēsum: ad syllogismū ꝛ inductionē reducit̄: opꝫ exempluꝫ ꝛ enthimema reduci in illa. Reducit̄ enī exemplū in inductionem. Enthimema vero in syllm̄: quod quō fit in fine lectionis sequentis dicetur.

Uoniā sūt pauca qdē necessaria: ex qbus rhetorici syllogismi sunt multa enim de quibꝰ iudicia ꝛ cōsiderationes contingunt ꝛ aliter hr̄e. De his eni que agūt ꝯsiliant̄ ꝛ tractāt: que āt agunt̄ oīa talis generis sūt: ꝛ nihil horū vt consequēs est dicere ex necessitate. Ut in pluribus eniā contingentia ex talibus alteris necē syllogizari. Necīa āt ex necessarijs

¶ In parte ista ostendit phs ex quibus enthimema: ꝛ exēplum. Et duo facit: qꝛ pmo ostēdit ex quibus est enthimema. Secūdo declarat quō habeat fieri exēpluꝫ. Secūda pars ibi. (Exemplū autē.) Circa primū duo facit. naꝫ primo ostendit enthimema ex ycotibus ꝛ signis. Secundo declarat qd ycos: ꝛ quid signū. Scda pars ibi. (Ycos qdeꝫ enim.) Circa primū tria facit: qꝛ primo dicit eoꝝ: ex qbꝰ sunt enthimemata: quedā esse necessaria: plurima tamen esse vt in pluribus: ꝛ ꝙ cōclusiones assimilant̄ pmissis. Scdo dicit hoc esse manifestū ex libro prioꝝ. Tertio concludit signū ꝛ ycotem: ex quibus est enthimema esse idē ꝙ necessariū: ꝛ in plibus. Scda ibi. (Palam aūt nobis.) Tertia ibi. (Enthimemata autem.) Dicit pmo: ꝙ pauca sunt necessaria: ex quibus sunt rhetorici sylli: multa autē sunt de quibus iudicia ꝛ considerationes contingit aliter se habere: quasi diceret ꝙ syllogismi rhetorici raro habēt pmissas necessarias: vt plurimū habet eas ꝯtingētes: ꝛ est ratio: qꝛ hꝰ sylli vt plurimū sunt de his que homines agunt: consiliantur ꝛ tractant: que aūt agunt̄ omnia sunt talis generis contingentis: nihil eni horū: vt ꝯsequens est dicere ex necessitate habꝫ esse. igitur vt plurimū enthimemata habent pmissam contingentē: ꝛ sicut est in pmissis: ita est in conclusionibus. Naꝫ cōclusa non necessaria: sed contingentia ꝛ accidentia vt in pluribus necesse hr̄t syllogiçari ex talibus alteris. idest ex talibus pmissis. ꝙ

sint vt in pluribus aũt pro sed cõclusa necessaria syllogizantur ex necessarijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Palam autem nobis: ⁊ etiam hoc ex analeticis manifestum: q꞉ ex quibus enthimemata dicuntur. hec quidez necessaria erũt: plurima autem vt in pluribus dicuntur.

¶ Ostẽdit phs esse manifestũ ex analeticis. idest ex libro priorũ. nam ibi ostensum est cõclusiones necessarias esse ex necessarijs: alia aũt ex alijs. Et q꞉ in rhetorica sont pauce cõclusiones necessarie: multe aũt vt in pluribus: manifestum est ꝙ ea: ex quibus sunt enthimemata ⁊ sylli rhetorici. hec. idest pauca erunt necessaria. plurima aũt dicuntur esse vt in pluribus. Deinde cum dicit.

¶ Enthimemata autem ex ycotibus ⁊ signis. Quare necesse horuz vtrũqꝫ vtriqꝫ idez esse.

¶ Ex eo ꝙ enthimemata sunt ex ycotibus ⁊ signis: cuz habitũ sit esse ex necessarijs ⁊ hisque sunt in pluribus: ꝯcludit vtrũqꝫ horũ. idest ycotez ⁊ signũ esse idẽ vtriqꝫ dictorum. idest necẽio: ⁊ ei qd̓ est vt in pluribus: q꞉ signũ est idez qd̓ necessariũ: ycos aũt est idẽ qd̓ eẽ in pluribꝰ. ¶ Ad euidentiã aũt dictoꝝ ⁊ dicendoꝝ notandũ signũ tripliciter posse sumi ẜm tres figuras syllogismoꝝ: sumit̃ enĩ primo signũ in p̃ma figura: ⁊ hoͦ signũ semꝑ refert signatuz: sicut lac habere est signũ peperisse: ⁊ tunc formet̃ sic sylls: quecũqꝫ habet lac: peperit. hec habꝫ lac. ergo ⁊c. In scd̓a autẽ figura accipitur signũ qñ in plus est signũ q̃ꝫ signatuz: tũc in pluribus signũ signatũ infert: lꝫ vere simplr̃: sicut esse errabundũ de nocte est signũ furis. Põt tamẽ quis esse errabundus absqꝫ eo ꝙ sit fur: tunc formet̃ sic syllogismus fur est errabundus. hic est errabundus. ergo ⁊c. In tertia autem figura sumitur signum quando aliqua duo habẽtia aliquem ordinem ad se inuicem: ex eo ꝙ se comitẽtur in aliquo: credimus ꝙ se comitent̃ in omnibus. vt sapientia habꝫ quendã ordinẽ ad studiositatẽ siue ad bonitatez. ¶ Nã Socrates īter cetera auxilia dicit scientiã eẽ maximũ auxiliũ ad vitandũ peccatũ. q꞉ g̃ videmus ꝙ aliqs hoͦ particularis: vtputa Pytachus ẽ sapiẽs ⁊ studiosus: credimus sapientes studiosos esse. Formet̃ g̃ sic sylls. Pytachus est sapiẽs: Pytachus ẽ studiosus. g̃ sapiẽtes sũt studiosi. Istoꝝ aũt signoꝝ signũ ĩ p̃ma figura: ⁊ ꝙ de necessitate cõcludat dicimus prodigiũ. i. signũ magnũ siue retinentũ: q꞉ hoiem retinet ⁊ terminat eo ꝙ nõ cõtingat soluere: nec ẽ in eo possibilis euasio. Signũ vero in scd̓a figura cũ est in pluribus dicit̃ ycos: quasi imago: vel similitudinariũ. nã si non est necessariũ ꝙ posito tali signo ponat̃ signatũ: est tamẽ verisimile ⁊ ꝓbabile. Signũ vero in tertia figura ycos etiaz dici põt. q꞉ verisĩle est sapientes studiosos esse: tamen q꞉ non habet ꝓpriũ nomẽ dicit̃ signuz non necessariuz: quia non est necessarium ꝙ aliqua non habẽtia aliquẽ ordinẽ ad se inuicẽ se cõcomitantia in aliquo: ꝙ se cõcomitent̃ simplr̃. ¶ Aduertẽdũ tamẽ: ꝙ licꝫ istis oĩbus modis sumat̃ signũ: attñ signũ diuidit̃ cõtra ycotẽ: vel noiat solũ signũ in p̃ma figura: vel noiat signuz in p̃ma ⁊ tertia. Dictũ ẽ eniz ꝙ ycos dupl̃r sumit̃. vno mõ vt noĩat solũ signũ ĩ p̃ma figura. alio mõ ꝓut cõprehẽdit signũ in scd̓a ⁊ tertia figura. Si g̃ ycos sumant̃ ad scd̓az ⁊ tertiã figuram diuisuz cõtra ycotẽ: cõprehẽdit solũ signũ in p̃ma figura: siue signa necessaria: ⁊ sic accipit signũ phs ⁊ ycotem cũ dicit: ꝙ necessariũ est idẽ ꝙ signuz ⁊ ycos. i. ꝙ esse in pluribus: ⁊ ꝙ enthimemata q꞉ constant ex ycotibus signis: constãt ex necessarijs: ⁊ ex his que sunt in pluribꝰ. ¶ Sed ex h̓ etiã apparere põt quõ intelligendũ sit ꝙ eaꝝ ex quibus sunt enthimemata raro sũt necessaria: vt plurimũ vero sunt vt in plꝰibus. Nõ eni intendit phs loq de necessario simplr̃: nec istud capl̃m debꝫ reduci ad generationẽ syllogismoꝝ ex necẽio: vel ad capl̃m de mixtione ex necessario ⁊ contingenti: sed vult dicere ꝙ rhetores cum arguunt per signũ: raro dant signa ĩfallibilia: ẜm plurimũ dant signũ vt in pluribus. ꝓpter qd̓ id ad ẜm prioꝝ vbi terminantur de enthimemate: reduci habꝫ. Cu igitur tales sint ꝯclusiones: quales sont p̃emisse: sicut rhetores raro arguunt per signa infallibilia: cõclusiones eorũ raro sunt infallibiles: vt plurimũ aũt debent esse: vt in pluribꝰ. ¶ Si vero ycos dicat solũ signũ in figura scd̓a: sic signũ diuisum cõtra ycotez cõprehẽdit signũ necessariũ vt signũ in p̃ma: ⁊ nõ necessariũ vt signum in tertia. ⁊ sic loquitur phs de signo infra: cum diuidit ipsum signũz necessarium ⁊ non necessarium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ycos quidez eniz est qd̓ vt in pluribus fit: nõ simpliciter autẽ sicut diffiniunt quidam. Sed quod circa cõtingentia aliter se habere sic se hꝫ ad id: ad quod ycos vt vl̓e ad particulare.

¶ Determinat de ycote ⁊ signo. Et duo facit. q꞉ p̃mo determinat de ycote. Scd̓o de signo. Secũda pars ibi. (Signorũ aũt.) Dicit ergo ꝙ ycos est: quod fit in pluribus: nõ sic quidã diffiniũt ycos est: ꝙ fit simpl̃r: vel ꝙ fit in omnibꝰ: sed ycos sive tale signũ qd̓ fit circa contingentia aliter se habere sic se habꝫ ad illud. ad qd̓ ẽ ycos. idest ad signatuz sicut vl̓e ad particulare. Accipit enĩ hic ycotem ꝓut dicit signum in scd̓a figura ⁊ reperit̃ in aliquo in quo non reperit̃ figuratũ: vt esse errabundũ est ycos ad esse furẽ: cum sit vl̓ius q̃ꝫ ipsuz: ⁊ sit aliquis errabũdus: qui nõ est fur: q꞉ si etiã reperit̃ fur: qui nõ est errabundus: ita ꝙ errabũdus ⁊ fur se habẽt aut sicut excedẽtia ⁊ excessa: nihil ad propositum: sufficit ad hoc ꝙ errabundus sit ycos ad furez esse aliqualẽ talem: qui non sit fur. ¶ Deinde cuz dicit.

¶ Signoꝝ autem hoc quidẽ sic se habꝫ aut aliquod singularium ad vniuersale. hoc autez vt aliquod vniuersaliũ ad particulare. Horũ aũt ꝙ necessariũ inominatũ est ẜm differentiam.

¶ Determinat de signo: ⁊ p̃mo diuidit. scd̓o ostendit quõ vtrũqꝫ signũ se habꝫ ad enthimemata: vl ad syllogismũ rhetoricũ. Scd̓a pars ibi. (Adhuc autem.) Circa p̃mum duo facit: q꞉ primo distinguit signũ. scd̓o specialr̃ determinat de signo necessario. Scd̓a pars ibi. (Necessaria quidẽ igit̃.) Dicit ergo ꝙ signũ h̓ qd̓ sic se habet vt aliqd̓ singulariũ ad vl̓e quantũ ad signatũ in tertia figura vbi particulariter cõcludit intentũ: vt q꞉ Socrates est sapiens ⁊ studiosus ĩferimus omnes sapiẽtes eẽ studiosos: hoc aũt vt aliqd̓ vl̓iuz ad particulare quãtũ ad signũ in p̃ma figura: vbi cõcludit̃ vl̓r intentũ. Istoꝝ aũt signoꝝ vnũ est necessariũ in p̃ma figura: aliud aũt nõ necẽium vt signũ in 3ª. signũ necessariũ vocat̃ retinentũ: quasi hoiem retinens ⁊ terminans: q꞉ cum sit insolubile: nescit homo quõ fugiat. In scd̓o autẽ prioꝝ vocat̃ prodigium: q꞉ magnum signũ. Signũ vero non necessariũ. idest non habꝫ nomẽ ꝓpriũ: ꝫ ꝙ distinguitur ⁊ differt ab alijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Necessaria quidẽ igit̃ dico ex quibus fit syllogismus: ꝓpter qd̓ ⁊ retinentiuz nõ est qd tale signoꝝ: qd̓ eniz putant non contingere soluere qd̓ dictum est: tunc fere putant temerariuz tanq̃ꝫ ostensum ⁊ terminatum: retinar enim ⁊ terminus idem est ẜm antiquam linguam.

¶ Determinat de signo necessario dicens ꝙ ea ex quibus est sylls

est sylls dicunt necña: eo q tale signorum idest signũ necessarium est retineriũ. Nam quãdo putãt nõ cõtingere solue re qd dictũ est tunc vere putant retineriũ esse: eo q ostensum et determinatũ sit. nam ſm aliquã linguã grecorum retinar idem est qd terminus vel detinar ſm aliam litteram dicunt esse talia signa necessaria: eo q hoiem necessitent retinendo eum et terminando. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc autem signorum hoc quidem vt singulare ad vniuersale: sicut si quis dicit signum esse q sapientes sint iusti. Socrates nũc enim et sapiens erit et iustus. Hoc quidẽ signum. igitur. Solvendũ est autem quod dictum est: et si verum sit insyllogizabile.

¶ Comparat pdictũ signum ad enthimema: et tria facit: quia primo ostendit quõ signum nõ necessariũ operat ad enthimema. scdo quõ necessarium. tertio epilogat. Scda ps ibi. (Quid igit est ycos.) Dicit ergo q hoc quidẽ signorum: qd se hz vt singulare ad vle. idest signũ in tertia figura. idest preter hoc qd non est necessariũ: est etiam insyllogicabile: habet eni sic fieri huius signũ: vt si quis dicat sapiẽtes iustos ecce qr Socrates: qui nunc est sapiẽs: iustus est. Hoc igit est signũ non necessariũ. ideo soluendum est qd dictum est. Nam et si verũ sit qd cõcluditur: insyllogicabile tamẽ est. nam dato q pmisse vere sint: nõ est necessariũ conclusionẽ verã esse: qr non vz grã forme. licz contingenter vel ex alia cã veritatẽ habere possit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hoc autem vt si quis dicat signũ q egrotat: febricitat enim: vel peperit: qr lac habz: necessariũ qd quidem signorũ solum retineriũ est. solum eni verũ insolubile est. Hoc autem vt vniuersale ad particulare se habz: vt si quis dicat q febricitat signum esse. spissim enim respirat. Solubile enim et hoc: et si verũ sit. Contingit eni non febricitantẽ spissim respirare.

¶ Ostendit quõ se habz signũ necessariũ ad syllogismum. nã tale signũ syllogicabile. Est eni hoc signũ si quis dicat egrotat: qui febricitat: vt accipiamus febricitantẽ non prout est spẽs egritudinis: sed prout dicit aliqd signũ iseparabile egritudinẽ ɔcomitãs: tale etiã signũ est cũ dicit peperit. quia lac habz: istud enim signũ necessarium est: et solũ tale signũ est retineriũ. et cum verũ sit: insolubile est. Nam cũ tale signũ inficiat de aliquo: de necessitate inficiatur signatũ: et ideo est isolubile. qr nõ põt esse q aliquis febricitet: nisi egrotet: et ideo addit q hoc signũ se habz vt vle ad particulare. qr semper vle cõcludit intentũ. vt si quis dicat: febricitare: signũ est egritudinis: spissim aũt respirare nõ est tale signũ respectu febricitationis. Nam et si verũ sit aliquẽ spissim respirare: nõ tamẽ pter hoc sequit q febricitet. imo soluẽdũ est: qr cõuenit spissim respirantem nõ febricitare: vl aliter et melius per hoc qd dicit: hoc aũt vult vle ad particulare: possumus intelligere signum in secunda figura: vt signũ est vlius q̃ signatũ. nã in spissim respirare est in plus q̃ egrotare. ¶ Notandũ q̃ q tã in scda figura q̃ in prima reperit habendo vlis ad pticulare: aliter tamẽ et aliter. nam in secũda signũ se hz vt vle: et signatum vt particulare: cũ ibi mediũ de se hz vt signum pcedit et maior extremitas subiciat: que hz se vt signatũ. In prima aũt totũ est econuerso: vt patz intuenti. ¶ Deide. c. d.

¶ Quid igit est ycos: et quid signũ: et quid retineriũ: et quid differentia dictũ est quidem et nunc. Magis autẽ manifestũ et de his: et ppter quã cãm: et qdẽ syllogizabilia sũt. Hec aũt syllogizata in analeticis determinatũ est de ipsis.

¶ Epilogat dicens: quid igit est ycos: et quid signum: et quid retineriũ. et que differentia inter ipsa dictũ est: nunc tamẽ in analeticis. idest in libro priorũ. vt in scdo dictum est: de his magis manifeste. ibi etiã de ipsis dictũ est: ppter quã causam: hec quidẽ insyllogicabilia sunt: vt signa nõ necessaria: hec autem syllogicata. vt illa que sequunt ex signis necessariis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Exemplũ autem qd quidẽ sit iductio: et qualis inductio dictũ est. Est aũt neqz vt pars ad totum: neqz vt totũ ad partẽ: neqz vt totum ad totum: sed vt pars ad partẽ. Simile ad simile cum ambo quidẽ sunt sub eodem genere: notius autẽ altero sit alterum exemplum est.

¶ In parte ista determinat de exemplo. Et tria facit: quia primo dicit quõ habz fieri exemplũ. scdo qd dixerat ponit in terminis. tertio declarat quoddã qd supposuerat. Secunda pars ibi. (Puta q isidiant.) Tertia ibi. (Omnia autẽ hec.) Dicit ergo qd dictum est prius: q exemplum sit inductio. nam habitũ ẽ q iductio ẽ rhetorica sicut enthimema est rhetoricus sylls. In huius autẽ inductione pmisse vel potius premissa nõ se habz ad conclusionẽ vt pars ad totũ. neqz vt totũ ad partẽ neqz vt totũ ad totũ sed vt ps ad partẽ: et simile ad sile. Fit eni exemplũ qñ aliqua duo similr se hñt ad aliquid: et cũ verificat de vno: cõcluditur de alio: vt si cõtingeret pncipem inuitare nobiles regni ad prãdiũ: et post ɔuiuiũ eos decapitaret: si alius pnceps sile tale cõuiuiũ faceret per exemplũ pus habitũ. possem9 arguere q pnceps iste secũdus dcapitare vult nobiles. igit in exemplo est pcessus de parte ad partẽ: et ab hoc particulari ad illud particulare: debẽt tñ particularia esse similia vel esse sub codẽ genere vt sunt pncipes. Primus fecit cõuiuiũ nobilibus sic et scdus faciet: et vnũ debz esse notius altero: vt factũ pmi pncipis: qd adducit in exẽplo: debet esse notius facto scdi pncipis: sicut pteritũ est notius. nam primus pnceps cõuiuans decapitauit nobiles. secũdus aũt quia facit ɔuiuiũ vt pmus: arguimus eũ decapitare velle et qñ talis pcessus est tũc est exẽplũ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Puta q insidiat tyrãnidi Dionysi9 expetẽs munitionẽ. Et Pisistrat9 tract9 prius isidiãs expetebat munitionẽ: et accipiens tyranizauit et Theagenes in Megariis: et alii quoscunqz sciũt si ppter hoc expedit munera.

¶ Declarat iterum qd dixerat dicẽs: q si aliqs vellet ostẽdere q Dionysius expetẽs munitionẽ insidiat tyrãnidi. idest, vult tyrãnicare: debz adducere in exẽplũ pncipes. q precesserunt dionysiũ: et petierunt munitiones: et acceptis munitionibus tyrãnicauerũt. Nam Pisistratus insidiãs expetebat munitiõem et accipiẽs tyrãnicauit. Theagenes ille alius pnceps in Megariis. i. in illis partibus fecit siliter et hoies alii quoscũqz sciũt fecisse similr. Exemplũ dionysii: et illud semp debz esse notius: eo q p exẽplũ cõcludit vt facta pncipũ: que sunt exẽplũ Dionysii quasi pteritũ sint notiora facto Dionysii: scimus eni Dionysiũ expetere munitiões: ſm qd expetit ppter hoc. idest vt tyrãnicet: nondum scimus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Omnia autem hec sub eodẽ vniuersali: quia insidiãs tyrãnidi munitionẽ expetit. Ex qbus quidem igitur dicunt: que putantur persuasiones esse demonstratiue dictum est.

¶ Declarat qd̄ supposuerat: dixerat enī in exēplo eē pcessū partis ad partē: similis ad simile: que oia debēt eē sub eodē genere: qd̄ satis apparet esse verum ex his: que dicta sūt: qz oia hec. s. Dionysius Pisistratus ꝛ Theagenes sūt sub eodē vl̄r: siue sub eodē genere: qz vl̄r ꝛ general̄r videntur habere ordinē ad vnū aliquid. vt qz quilibz eoꝝ expetit munitiōes: vt isidieī tyrānidi. Ultimo epilogat quod dictū est ex quibus dicunī esse argumētatiōes rhetorice vt enthimema ꝛ exemplū. ¶ Ibi putanī esse ꝑsuasiōes demonstratiue. i. adest ostensiue.

Ad intelligētiā dictorū tria sunt declarāda. Primo videndū est quō differt exēplū ab inductione ꝛ syllo. nam quō differt ab enthimemate declaratū fuit prius per differentiam quā habz inductio ad syllm̄. Rursum quō differt enthimema ꝛ sylls in sequētib⁹ declarabiī. ¶ Secūdo ostendendū est: quō enthimema ꝛ exemplū reducunī ad inductionē ꝛ syllm̄. Tertio manifestabiī. vtrū spectat ad rhetorē cōsiderare de syllogismo ꝛ de inductione: que sunt instrā dialectice: cū spectet ad dialecticū considerare de exemplo: ꝛ enthimemate: que sunt exempla rhetorice. ¶ Propter primū notandū: ꝙ vt ad ꝑsens spectat: exēplū dupl̄r differt a syllo: ꝛ dupl̄r ab inductione. nam sylls coniungit extremū tertio per mediū: ꝛ est in eo quodāmodo ꝑcessus a toto ad partē: cum oēs sylli aliquo mō reducantur ad ista duo ꝑncipia ad dici de omni: ꝛ ad dici de nullo. Exemplum vero coniungit extremum medio per simile: tertio: ꝛ nō est in eo processus a toto ad partē: sed a parte ad partē: vt si vellem probare ꝙ Dionysius insidiaī tyrānidi: si via syllogistica vellem incedere: acciperē hoc medium expetere munitionē: ꝛ formarez sic syllz. Quicūqz expetit munitiones: vult tyrannizare. Dionysius expetit munitiones. ergo ꝛc. ¶ Sed propter exēplū formandū: accipiendū est simile tertio. nā in ꝑdicta argumētatiōe. tyrānizare se hz vt maior extremitas: expetere munitiōes vt medius terminus. Dionysius vt minor extremitas: siue vt tertiū: ꝛ assumaī Pisistrat⁹: qui est similis tertio: se habz simil̄r vt Dionysius. qui est tertius terminus: cōcludeī maior extremitas. vt tyrānizare de medio: vt de expetenti munitiones: ꝛ formabiī sic rō. Pisistrat⁹ tyrānizauit. sed Pisistratus petebat munitiones. ergo qui expetit munitiones vult tyrānizare. cū igitur Dionysius expetit munitiōes. ergo vult tyrānizare. Hic aūt ꝯsideraī vis arguēdi. nā est ꝑcessus a parte ad ptē: vt a Pisistrato ad Dionysium. ꝛ cōiungiī extremū medio per simile tertio: vt tyrānizare cōcludiī de expetenti munitiones per Pisistratum. ꝑpter qd̄ manifeste sunt ꝑdicte differētie: q̄s habz exēplū ad syllm̄. ¶ Aduertendū m̄ in exēplo ꝑter hoc ꝙ in eo cōcludiī extremū de medio per simile tertio: cōcluditur extremū de tertio: vt tyrānizare de Dionysio. Hz ēt exemplo duas differentias ad inductionez: quarū prima est: qz inductio est in oibus particularibus: exēplū vero in vno syllogismo. Nā exēplariter ꝯcludo expetētē munitionē velle tyrānizare ꝑ vnū: vt ꝑ Pisistratū. g̃ hō faciēs tyrānizauit: sed si inductiue hoc ꝯcludere vellē: oporteret me inducere in singulis: qui expetunt munitiones: qd̄ vellēt tyrānizare. ¶ Scd̄a dr̄ia est: qz inductio concludit extremū de medio per tertiū: qz oia singularia accepta concludentia vl̄em ꝑpositionē: que cōstituunī ex extremo: se hūt quasi minor extremitas: vel sicut tertius termin⁹. In exēplo vero cōcludiī extremū de medio: vt tyrānizare de expetēti munitiones non per tertiū: qz non per Dionysiū: sed per simile tertio: qz per Pisistratū. Posset etiā tertia dr̄ia assignari inter exemplū ꝛ inductionē: quia in exēplo ꝯiūgiī et extremū extremo: nō solū extremū ō medio: qz in īductōe nō ꝯuenit: vbi solū extremū de medio īferī.

Secundo declarandū est quō exēplū ꝛ enthimema reducūī ad inductionē ꝛ syllm̄. ¶ Ad cuius euidētiā notādū: ꝙ in omni genere imperfecta reducunī ad perfecta: eo ꝙ perfectiora sunt mēsura imperfectoꝝ: cū igiī sylls ꝛ enthimema quodāmodo eodē modo procedant: qz vtrūqz coniungit extremū tertio per mediū ad syllm̄: qui est perfectior enthimemate: reduciī enthimema. Deficit aūt enthimema a syllo dupl̄r: ꝛ quātum ad mām: ꝛ quantū ad formā quantū ad mām autez qz enthimema magis est de verisimili. sylls vero magis de vero. Habitū est enī ꝙ per syllm̄ magis fit descensus in scientias speculatiuas: in quibus est consideratio scd̄m rei veritatē. Per enthimema autē magis descēdiī in opa politica: in quibus fit processus: ꝛ arguiī per quedā signa ꝛ verisimilitudines. ꝛ qz v̄isimile deficit a vero enthimema rōne materie: circa quā negociaī: ꝺficit a syllo. Scd̄o deficit rōne forme: in syllo enī est ordinatio terminoꝝ ꝛ ꝑpositionū in modo ꝛ figura: vel est aliqd inseꝑabil̄r comitans illud. Cū ergo hui⁹ ordo reseruet complete in syllo: non tamē de necessitate perfecte reseruaī in enthimemate: potest dici enthimema deficere a syllo in forma: ponūtur enim in syllo due ꝑpositiones ꝛ tres termini: in qbus reseruaī complete ꝑdictus ordo. In enthimemate vero: si altera ꝑpositionū sit nota: sufficit alterā ꝑponere. quia auditor de se alterā addit: ꝛ qz ex vno nihil sequiī: quātū ad ꝑdictū ordinē deficit enthimema. sicut ꝛ in duobus deficit exemplū ab inductione. Dictū est enī ꝙ exēplū est in vno. inductio vero in oibus: ꝛ qz ꝑs deficit a toto: ꝛ vnū ab oibus: cōueniens est exēplum deficere ab inductione. Ex isto aūt defectu oriī defectus alius: vt quia iductio de necessitate cōcludit: non aūt exēplum. Nam quia tā inductio q̄ exemplū cōiungunt extremū medio vl̄r: cū ex omnibus particularibus de necessitate ꝑpositio vl̄is cōcludi possit nō autē ex vno nisi ex hypotesi: diciī iductio de necessitate concludere: non aūt exēplū qz silis modus procedendi est aliquo mō in inductione ꝛ cū exēplo: vt vtrūqz coniungat extremū medio: sicut similis modus erit in enthimemate ꝛ syllo: qz vtrūqz cōiungit extremū tertio: enthimema reducetur ad syllm̄ velut ad perfectū in suo genere: ꝛ exēplum ad inductionē: qd̄ declarare volebamus.

Tertio restat ostendere. vtrū rhetor considerare possit de inductione ꝛ syllogismo: ꝑpter qd̄ sciendū ꝙ sicut est in actione rerū naturaliū per ꝯparationē ad suas formas: sic est in consideratione scientiarū ꝑ cōparatione ad sua subiecta. Nam sicut res nāles per suas formas trahunt spēs: ꝛ habēt actualitatez: ꝛ determinanī ad modos: vt calidū per formā caloris poniī in eē calido: ꝛ determinaī ad hanc actionez: que est calefacere: sic scie ꝑpter subiecta sua trahunt spēm ꝛ determinationē: eo ꝙ cōmune sit oi habitui trahere spēm ex obiecto. ꝛ etiam ꝑ hui⁹ subiecta: que sunt obiecta in scientijs artes determinanī ad modū cōsiderandi. nā quicqd cōsideraī in scia rōne subi inducī. ¶ Hoc viso sciendū ꝙ res nāles aliq̄ agunt scd̄m se: alique vero vt sunt instrm̄ alterius. nā si saluare possumus aliquo modo res posse scd̄m se efficere: que non excedūt suas spēs: vt calidū rōne sue forme calefacere: nihil tamē agit vltra suam formā: nisi ꝑut est instrm̄ alterius: ꝛ ideo calor in igne licz sit accns: cōparaī ad introductionez forme substātialis: que excedit ipsum ꝑut agit in virtute forme substātialis ignis: qz ergo rhetorica recipit spēm ex enthimemate: de quo est ꝑncipal̄r considerāo ꝛ enthimema deficit a syllo: ꝛ nihil agit vltra spēm suam in virtute

in virtute

in virtute propria: rhetorica fm se z sine virtuti innixa de syllo cõsiderare non poterit: in virtute tñ artis dialectice ꝓsupponẽdo que de syllo determinat a dialectico esse ostensa: sic de syllo aliqua dicere nõ est incõueniẽs. Unde cũ phs in hoc libro assignare voluit differentiaz inter exẽplum z enthimema per differẽtiã: que est inter iductionẽ z syllm non valens tanq̃ rhetor in virtute ꝓpria talem differentiã ostendere remisit nos ad librũ topicoꝝ: vbi est dicta differẽtia ostẽsa. ℂ Dialecticus vo in virtute ꝓpria de enthimemate cõsiderare poterit nõ agẽdo vltra suam spẽm. nam cuz per habitum cognoscat̃ priuatio: z per perfectũ imperfectũ cum enthimema deficiat a syllo: sic non agit vltra suã spẽm habens spẽm perfecti si de imperfecto ꝯsiderat: eo q̃ imperfectũ per spem perfecti sit aptũ natũ cognosci. sic dialecticus non agit vltra suam formã: cũ cõsiderat de enthimemate: qð a syllo deficit: z sic est de enthimemate respectu sylli: qð rhetor: qui per se de enthimemate considerat in virtute ꝓpria nõ põt cõsiderare de syllo: qui ipsum superat. Dialecticus vero põt considerare de enthimate: per qð a syllo deficit: sic etiaz est de exẽplo respectu inductionis. Naz rhetor in virtute ꝓpria non põt cõsiderare de inductione: que superat exemplũ. poterit tamẽ dialecticus considerare de exemplo qð deficit ab inductione. ℂ Aduertendũ tamẽ: q: vnũqðq: positiuũ cum per se consideraẽ plura possunt de eo cõsiderari q̃ cum non per se cõsideraẽ: sed cõsideraẽ soluz per aliud z per accidẽs. Dialecticus. qui ꝯsiderat de enthimemate z exẽplo inquantũ sunt diminute argumẽtationes: z quodãmodo obliquitates sue artis: non poterit de exemplo z enthimemate tot considerare: quot põt rhetor. qui de eis magis per se videtur intendere.

Enthimematũ aũt maxima differentia: z que maxie latuit omnes fere est: que quidem z circa dialecticã methodũ syllogismoꝝ. Hec quidem ipsoꝝ sunt fm rhetoricã: z sic fm dialecticam syllogismorũ. Hec autem secunduz alias artes z potentias.

¶ Determinat de consiliabilibus respectu bonorū intrinsecorum. Et duo facit: quia pmo determinat de eis prout sumuntur ex parte alimenti. qd ordinatur ad bonum corporis. Scdo determinat de cōsiliabilibus sumptis ex parte positionis legum: que potissime ordinant ad virtutem: que est bonum anime. Scda ibi. (Non minimū autē.)
¶ Circa pmuz duo facit. quia primo facit quod dictū est. Scdo ex habitis concludit: ꝙ ciues ad duo genera bonorum debent habere pacem. Secunda ibi. (Ad duo enim necessarium.) In dando documentuz de consiliabilibus quattuor tangit: quia qui vult scire consiliari non solum de munitione regionis: vel de pace ⁊ bello: sed adhuc vult scire dare consilia de alimento: oportet pmo inuestigare quantus sumptus: siue quantū alimenti sit sufficiens ciuitati. Scdo quantuz est ibidem factuz. idest quantū alimentum ciuitas potest habere de se. Tertio quantum alimentuz est adducibile per alios. Quarto quoꝝ inductio ꝑ pōt tale alimentū induci: ⁊ hoc debent scire consiliatores: vt ad hoc ⁊ ad consimilia fiant statuta prout expedit ciuitati. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ad duo eni necessariuz ciues cōseruare sine querela: ad potentiores: ⁊ ad eos: qui ad ista sunt vtiles: ad securitatem autem oia quidem hec necessarium posse considerare.

¶ Concludit ex habitis necessariū esse ciues cōseruare se in pacem sine querella ad duo genera hominum. videlicz ad potētiores: ⁊ ad eos qui sunt vtiles ad ista. idest ad eos alimēta portare: ⁊ addit: ꝙ omnia hec est necessariū posse considerare ad securitatem ciuitatis: quia tantum est ciuitati habere pacem cum potentioribus: ⁊ cum his qui portant alimenta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nō minimū aūt de legislatione audire. In legibus enim est salus ciuitatis. Quare necessarium scire quot sunt ciuitatuz species: ⁊ quales conferunt vnicuiqz: ⁊ a quibus corrumpi nate sunt: ⁊ a proprijs ciuitatis: ⁊ a cōtrarijs. Dico autem a proprijs corrumpi: quia excepta optima ciuilitate: alie omnes ⁊ remisse ⁊ intense corrumpuntur. puta democratia non solum remissa debilior fit: ⁊ terminabitur in oligarchiam: sed ⁊ intensa valde: sicut ⁊ aquilinitas: ⁊ simitas non soluz remisse in medium veniunt: sed ⁊ valde aquila facta: aut sima disponunt nasum: vt neqz nasus videatur esse.

¶ Oportet scire quomodo sit consiliandu in positione legum. Et duo facit: quia primo ostendit tale consiliuz esse valde vtile. Scdo exequitr qualiter sit consiliandum circa talia. Scda ibi. (Quare necessariuz scire.) Dicit ergo ꝙ non minimū debemus studere audire cōsilia de latione legis: ⁊ est ratio: quia in legibus est salus ciuitatis. tunc sequitur illa pars: quare necessariū scire: in qua docet nos consiliari circa talia. Et duo facit: quia pmo docet nos bñ esse consiliatiuos circa lationem legum aspiciēdo ea: que sunt ciuitatis proprie. Scdo cōsiderādo ea: que sunt aliarum ciuitatum. Secunda ibi. (Utile autem ad legis.)
¶ Propter primū notandū ꝙ multe sunt species ciuitatis. vnde dicitur octauo ethicoꝝ: ⁊ septimo politico. nam in aliqua ciuitate dominatr vnus: in aliqua pauci: in aliq multi. cum dominatur vnus. si est bona dominatio: ⁊ propter bona subditorum: illa politia dicitur regnatiua. si vero sit mala: ⁊ dominus intendat bonum ꝓprium: non eorum. quib⁹ pręest: sic dicitur tyrannus. Est eniz hec differentia inter tyrannum ⁊ regem: quia rex intendit bonum subditoꝝ: tyrānus bonuz propriuz. ¶ Si vero in ciuitate dominantur pauci: si dominantes sunt boni ⁊ ephykes talis dominatio dicitur aristocratia: siue pncipatus virtutum. Si vero dominantes sunt mali: tunc illa politia dicitur oligarchia. sed si in ciuitate dominantur multi: ⁊ est bona politia: dicitur tymocratia. si vero est mala: dicitr democratia. ¶ Et quia iste ciuilitates differūt specie: sicut non sunt eadez sana hominis ⁊ leonis: ⁊ res naturales specie differentes a diuersis principijs sumunt originem ⁊ diuersitatez: ⁊ saluantur ⁊ conseruantur in esse: sic iste ciuitates: cum ciuitas sit aliquid naturale aliquo modo: vt probatur pmo politicorum. nō eadez modo habent fieri: ⁊ corrumpi: ⁊ quia non possumus bene dare cōsilia de positione legū in aliqua ciuitate: nisi sciamus qualis sit ciuitas illa: ⁊ a quibus habet fieri ⁊ corrumpi talis ciuitas. Ideo phs ait: ꝙ si volumus esse bene consiliatiui circa talia: oportet nos scire quot sunt species ciuilitatis ⁊ quales species conferunt vnicuiqz ciuilitati: ⁊ a quibus proprijs ciuilitati: ⁊ a quibus cōtrarijs ciuilitati: huius ciuilitates sunt apte nate corrumpi: ⁊ expōit se quomodo qualitates corrumpunt per propria: ⁊ quomodo per cōtraria. ¶ Ad cuius euidentiam notandū: ꝙ vniuersum est maxime ordinatum. nam totum vniuersum aliquo modo reseruatr


in vna ciuitate: et tota ciuitas in vna domo: tota domus in vno homine referatur: adeo antecedens est minor mundus. Unde phs in octauo ethicorum. Ea que sunt ciuitatis alicuius: conueniunt aliquo modo referuari in vna domo: et in primo politicorum ostendit in vno homine referuari que sunt ciuitatis: quia sicut in ciuitate: vel in domo est assignare principatum despoticum: siue ciuilem et regalem vel politicum. sic in vno homine anima debet regere corpus regimine despotico: ratio tamen debet preesse voluntati: et eam regere regimine politico et regali: quia sic est vniuersum connexum: et omnia aliquo modo referuantur in omnibus. Tunc est optimum regimen ciuitatis cum ei assimilatur regimen totius vniuersi. vt sicut in vniuerso est vnus principatus: et vnus princeps: vt concluditur in decimo methaphysice: ita sit vnus dominus vnius ciuitatis. et ideo regnatiua vbi dominatur vnus: est optima inter ciuitates ceteras. vt dicitur in octauo ethicorum: et hec sola. aut ipsa est omnino electa ciuilitas: cetere autem alie sunt quedam obliquitates eius. Hec est autem differentia inter rectum et obliquum: quia rectum proprie sumptum non intenditur nec remittitur: propter quod bene dictum est: quod recto nihil rectius. obliquum autem intenditur et remittitur: et ideo quando aliqua reposita in sua specie non potest corrumpi per propria: sed solum per contraria: si reponatur in specie per aliquem modum obliquitatis: tunc non solum corrumpitur per contraria: sed etiam propria. sicut apparet in naso. nam nasus est aquilinus: cum habet curuitatem gibosam. est autem simus: cum habet curuitatem conuexam. ❡ Dupliciter autem posset aquilinitas et simitas remoueri a naso. primo per contrarium: vt si huiusmodi simitas rectificaretur: quia tunc nasus non esset simus: nec aquilinus: sed rectus. Secundo per propria quia posset huiusmodi simitas intantum intendi. vt posset gibositas nasi intantum augmentari: quod non remaneret aquilinitas. imo posset esse tanta gibositas: quod fieret ibi circulus quidam vel speratata quod non solum tolleretur aquilinitas: sed etiam tolleretur species nasi. Rectitudo autem nasi non potest tolli nisi vno modo. nam si obliquaretur nasus: non esse rectitas: sed per propria tolli non posset: quia quanto plus rectificaretur: magis rectus esset. ❡ Similiter politia regnatiua in qua dominatur vnus: et est recta politia: et non intenditur et remittitur quantum ad dominantes: nunquam corrumpitur per propria: sed solum per contraria: vt si ibi dominantur multi. alie autem politie vtroque modo tolluntur. Dico autem a propria corrumpi: quia excepta optima ciuilitate: vt excepta regnatiua: que a propria corrumpi non potest: sed solum a contrario: omnes alie ciuilitates corrumpantur intense et remisse a propria et a contrariis. Cum enim aliquid intenditur: videtur accedere aliquid ad id: quod est ei proprium sed cum remittitur videtur admisceri contrario: vt puta Democratia: in qua dominantur multi non solum fit debilior et corrumpitur remissa: vt per contrarium. siue paucitatem: et terminat in olicratiam: in ciuilitate: in qua dominantur pauci. sed ipsa democratia corrumpitur valde intensa. ❡ Est enim democratia dominatio multorum secundum aliquem modum: vel secundum aliquem terminum: et ideo tale dominium dupliciter potest tolli. Primo per paucitatem: que contrariatur multitudini. nam si sit ciuilitas in qua dominantur multi: si remitterentur illi multi: et dominarentur illi pauci: non remaneret democratia: sed fieret olicratia. imo intantum posset remitti: quod fieret regnatiua: si ipsi dominaretur solus vnus. ❡ Secundo modo potest tolli per propria: quia intantum possent multiplicari dominantes ciuitati: quod non tantum esset illa ciuilitas democratia: sed etiam omnino non remaneret ciuitas: quia ciuitatis nomen non solum dicit congregationem domorum: sed etiam importat collectionem gentium viuentium sub certis legibus et statutis. ideo si omnes dominari vellent: et non essent ibi aliqui excellentiores aliis: qui statuta componerent: ciuitas stare non posset. Ergo sic se habent ciuilitates: que sunt alie a ciuitate optima sicut aquilinitas et simitas: que non solum remisse corrumpuntur: et veniunt in medium. siue fiunt recte: sed etiam aquilinitas facta valde aquila: et simitas facta valde sima ita disponunt nasum: quod tamen neque nasus esse videatur. ❡ Ad euidentiam dictorum notandum est: quod olicratia: et democratia est obliquitas aristocratie: democratia timocratie. Attamen philosophus hic accipit ea communiter: quia olicratiam accipit pro principatu paucorum: siue sit rectus. siue sit obliquus: et democratiam pro principatu multorum non descendendo ad rectum et obliquum. Non enim vult phs habere cum ait: quod democratia remissa fit olicratia: sicut principatus multorum fit principatus paucorum. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Utile autem ad legislationes non solum attendere: que ciuilitati expediunt ex preteritis consideranti: sed etiam eas: que apud alios scire: quales quibus congruant. Quare palam quod ad legislationem quidem externe descriptiones sunt vtiles: hinc enim est accipere gentium leges.

❡ Docet consiliari circa compositiones legum respiciendo ad alias ciuitates. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo manifestat quod dixerat. Secunda ibi. (Ad ciuilia autem.) Dicit ergo: quod ad lationes legum siue ad compositiones legum vtile est non solum accedere: que expediunt ciuilitati consideranti ex preteritis: siue considerando ea: que contingunt in propria ciuitate: sed etiam vtile est scire eas leges: que sunt apud alios considerando quales leges: quibus ciuitatibus congruant. Ideo ait quod ad lationes legis sunt vtiles descriptiones ciuitatum: quia hinc. idest ex certa descriptione est accipere leges gentis: et si sciuerimus leges aliarum gentium: et sciuerimus: que leges quibus ciuitatibus congruebant comparando propriam ciuitatem ad alias: scire poterimus: que leges nostre ciuitati expediant. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Ad ciuilia autem consilia hystorie gentium gesta. Omnia autem hec politice: sed non rhetorice opus sunt. De quibus quidem igitur oportet habere debentem consiliari: que maxima sunt: tot sunt numero.

❡ Manifestat que dixerat: et ista manifestatio est per simile: quia sicut gesta eorum: qui nos precesserunt: et aliarum ciuitatum docent nos quid facere debeamus: et qualiter debeamus consulere in agendis proprie ciuitati: sic leges aliarum ciuitatum docent nos: quas leges debeamus componere in propria ciuitate. ❡ De ista similitudine non plus ponit: nisi quod gesta scribentium hystorias: siue gesta scripta hystorialiter valent ad ciuilia consilia. idest valent ad consulendum ciuibus qualiter se debeant regere. Sic ergo debet continuari textus: bene dico quod leges aliorum valent ad leges nostras. quia gesta aliorum valent ad gesta nostra: addit autem quod determinare omnia ista et tractare: et gesta. et leges ciuilitatum non est opus rhetorice: sed politice. ❡ Ultimo epilogat: quod sunt tot maxime consiliabilia: et tot sunt: de quibus oportet habere noticiam debentem consiliari quot dicta sunt: quia quinque.



x quibus autem oportet: et de his: et de aliis exhortari et dehortari dicamus iterum.

❡ Determinauit phs de consiliabilibus. siue hisque modo sunt consilia: circa que consiliando

negociamur: vel consiliando inquirimus. ¶ In parte ista docet nos cognoscere finez sine fines: ex quibus: et p quos habet esse consilium. nam licz finis non sit per consilium quęsitus: nec sit id circa quod negociando negociamur: tamen finis in consilio supponitur: et est id: ex quo: vel per qd consiliamur. In determinando autem de fine: quia primo continuat dicta dicendis. quę ostendunt cognitionez finis pertinere ad negocium deliberatiuum. sine ad artem de consilijs. Secundo docet nos cognoscere talem finem. ex quo: et per quem habent esse consilia. Secunda ibi. (Fere vtiqz et singulariter.) Dicit ergo. Iterum dicamus ex quibus finibus. vel per quos fines oportet exhortari et dehortari: et de his. idest de consiliabilibus. naz omnia consiliabilia comprehenduntur directe per cōmunem moduz in illis quinqz: quę dicta sunt: sed solum maxime consiliabilia in illis continentur. Et quia per finem contingat hortari et dehortari de maxime consiliabilibus: et de non maxime: ideo dicit de his et alijs. ¶ Ex hoc apparet istud capitulum: in quo docemur cognoscere finem vtputa felicitatem: et partes eius pertinere ad negocium deliberatiuum cum per finem talez contingat facere exhortationes et dehortationes de cōsiliabilibus. ¶ Dubitaret forte aliquis quare phs dicit in plurali qd vult dicere: ex quibus conuenit exhortari et dehortari. Nam cum finis sit vnus. deberet dicere ex quo. nō ex quibus. ¶ Ad quod vt melius intelligatur littera philosophi potest multipliciter respōderi. Primo. Quia licet sit vnus finis omnino principalis: sunt tamen multi fines secundarij: ex quibus conuenit exhortari et dehortari. Vel aliter: quia hui9 finis potest habere multas partes. si quis poneret finem sufficientiā vitę: quia huius sufficientia habet esse ex multitudine amicorum. pluralitate possessionū. idē robore: et sanitate: et cęteris bonis. Ideo dicit ex quibus in plurali. quia per quālibet talē partez exhortamur. Vel aliter quia apud diuersas ciuitates sunt diuersi fines: quia fęlicitas apud omnes nō ponitur in eisdem bonis: cum spectet ad rhetorem dare vniuersaliter artem exhortandi et dehortandi: ideo dicit ex quibus nō ex quo. ¶ Possemus etiā si vellemus dicere: qp si vn9 esset finis: et omnes homines illum finez proponerent: qz ex vno fine conuenit multipliciter exhortari vel dehortari: vt quia tollitur vel non tollitur: et differtur vel non differtur. ideo bene dictuz est: ex quibus in plurali. ¶ Dubitari etiam posset. Cū superius etiam phs non determinauit de fine: et per cōsequens: nec de his quę conuenit exhortari et dehortari: q̄re dicit itez: dicamus: cū de his mētionē nō fecerit. ¶ Ad quod etiā potest multipliciter respōderi primo: qp iterum referatur ad ea: per quę iuuamur in consiliando: et quare qui vult esse bene cōsiliatiuus: debet scire consiliabilia: de quibus est consilium: et debet scire finē per quem fiunt exhortationes et dehortationes de cōsiliabilibus: ideo sic exponatur littera. ¶ Postq̄ diximus de consiliabilibus: per quoꝝ cognitionez iuuamur: vt deliberatiuum negocium dicendo de fine: per cuius noticiaz simus bene consiliatiui. Vel aliter: quia idez potest esse cōsiliabile: et per hoc hortamur et dehortamur: quia cōuenit aliquid consiliando inquirere: et postq̄ quęsitum est ipsuz supponimus: cum alia inuestigamus: vt si finez ponimus sanitatem: inquirimus. verum sanitas sit inducenda per potionem: vel per flobothomiam: et cum peruentuz est qp per potionem supponentes tunc potionem hortamur ea: per quę potio habet fieri: et dehortamur cōtraria: vt ita potio cum prius quęrebatur erat et aliquid consiliabile: nūc autem quia supponitur: per eaz hortamur et dehortamur. Sz possumus etiam aliter dicere. Nam fęlicitas non ponitur in eisdem bonis apud omnes: quia aliqua sunt consiliabilia apud aliquos: quę apud alios supponuntur vt finis: et quia inter illa consiliabilia prius dicta aliqua numerata sunt talia ideo dicit. Iterum dicamus ex quibus oportet hortari et dehortari: quia de talibus in pręcedenti capitulo aliquo modo tractauit: vt patet per iam dicta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fere vtiqz et singulariter vnicuiqz et cōmuniter omnibus finis quidam est: quem coniectantes et eligunt et fugiunt. Et hoc est vt in summa est dicere felicitas et partes ipsius. Quare exempli gratia sumamus. quid est vt simpliciter est dicere felicitas: et ex qb9 ptes hui9.

¶ Docet nos cognoscere finem: per quez conuenit hortari et dehortari in consilijs. Et tria facit: quia primo describit huiꝰ finem dicens ipsum esse fęlicitatez. Secundo declarat qūo p talē finē fiunt exhortatiōes et dehortatiōes. Deinde assignat acceptiōes fęlicitatis. Secūda ibi. (De hac enim et de his.) Tertia ibi. (Sit itaqz fęlicitas.) Dicit ergo: qp fere itaqz acceptus finis singulariter vnicuiqz. idest s̄m qp vnus quisqz singulariter tendit in finez suuz: et acceptus cōmuniter omnibus ciues intendunt in finem suū. Finis est quidez: quē coniectantes et eligunt et fugiunt. Et hoc sine huiꝰ finis: vt in sūma est dicere: est fęlicitas et partes eius est: quia fęlicitas est hm̄oi finis per quē eligimus et fugimus alia. quia electio et fuga pertinent ad negociuz deliberatiuum: qd habemus pręmanibus. Ideo cōcludit qp exēpli gratia sumamus quid est fęlicitas vt simpliciter est dicere: et ex quibus habent esse partes huius. idest fęlicitatis. ¶ Ad intelligentiam dictorū notādum. qp nō ait philosophus omnem finem eē illū quez coniectantes eligimus et fugimus sed qp finis quidam talis est. Naz cū duplex sit fęlicitas politica: et contemplatiua: per se et directe loquendo solum fęlicitas politica est illa: s̄m quā hortamur et dehortamur in consilijs. nam cum consilium sit quędam quęstio de contingentibus operabilibus a nobis s̄m fęlicitatem. quę non acquiritur per talia opera nō cōuenit facere exhortationes et dehortationes de consiliabilibus. ideo bene dictuz est. qp nō omnis finis talis est: sz quidam. ¶ Rursus notandū: qp sicut partibus hominis damus suum finem. quia alius est finis manus. alius est finis oculi. et etiā toti homini assignat̄ suus finis: sicut et et proprij fines assignant̄ partibus ciuitatis: quia s̄m qp iste ciuis est alius ab illo ciue. sic finis huius est alius a fine illius. nihilominus tamen pręter hos fines singulares cōpetentes partibus ciuitatis: est dare finem cōmunem toti ciuitati. in quez tendant omnes ciues: tamen fine sic. siue sic accipiantur finis fere semper est finis: ꝓpter quem fugimus et eligamus alia. Et dicit fere: quia ꝯuenit aliquādo aliquo modo facere contra finem: non tamen regulat actiones suas s̄m talem finem: vt apparet in continente q proponit sibi optimum finez. ideo dicitur in septimo ethicoꝝ: qp incontinentes habent optimas leges: et nullā obseruant. Non tamen propter hoc dicenduz est incōtinentes simpliciter facere pręter finem. quia licz faciant pręter finem. quem sibi constituunt in vniuersali. non tamen propter hoc faciunt pręter finem. quem sibi constituunt in particulari: et in passione entis. ¶ Iterum notanduz: qp dicit se velle dicere de fęlicitate: et de partibus eius in quadam summa: et vt simpliciter est dicere de ipsa: qp magis exquisite determinate ptinet ad librū ethicoꝝ. ¶ Deīde cū dic.

¶ De hac enim: et de his: quę in hanc tendunt: et de contrarijs huic exhortationes et dehortatio

nes omnes sint. Que enim procurant ipsam: aut partium aliquam: aut maiorem pro minori oportet agere. Que autem corrumpũt: aut impediunt: aut que contraria faciũt nõ agere.

¶ Propter qđ notandum. ꝙ idem potest esse causa contrariorum: vt dicitur in quinto metaphisi. sed non eodeꝫ modo sumptum vt nauta per presentiam in naui est causa salutis: qui per absentiam est causa naufragij. sic felicitas est causa exhortationis quantum ad ea: que ipsam inducũt. Et est causa dehortationis quantũ ad ea: que ipsaꝫ tollunt. ideo aũt. ꝙ de hac idest de felicitate: ⁊ de cõtrarijs huic. i. de ꝯtrarijs felicitati sunt oẽs exhortatiões ⁊ dehortatiões. quare oportet agere que pcurant ipsaꝫ felicitateꝫ aut aliquam partiuꝫ felicitatis. partium dico aut maiorum aut minorum: vt habet alia littera: vel ẜm ꝙ habet nostra opꝫ agere que procurant maioreꝫ partem felicitatis: quia ⁊ pro minori parte oportet agere. ¶ Deinde. c. d.

¶ Sit itaqꝫ felicitas eupraxia cum virtute: vel per se sufficientia vite: vel vita: que cum infallibilitate delectabilissima: vel abundantia possessionum ⁊ corporum: cum potentia seruatiua ⁊ actiua hoꝝ. Fere .n. aliquid horuꝫ aut vnũ aut plura felicitatem confitentur esse omnes.

¶ Hic ponit diuersas acceptiones felicitatis: ⁊ duo facit. quia primo facit qđ dictuꝫ est. Scđo ostendit que bona pertinent ad felicitatem ẜm dictaꝫ acceptionem felicitatis. Scđa ibi. (Sit itaqꝫ est felicitas) ¶ Propter primuꝫ notanduꝫ: ꝙ dixit pp felicitateꝫ contemplatiuam: de qua determinare nõ est presentis speculationis. De felicitate politica fuerũt tres modi dicẽdi. Unus fuit philosophi: q posuit talem felicitatem esse actum virtutis perfecte. vt actum prudentie. Et quia ad hmõi actum debent ordinari alia opera nostra. vnde phs in primo ethicoꝝ. vbi de tali felicitate determinat: dupliciter describit ipsam. Primo ẜm ꝙ est actus virtutis. ẜm quem modum ait: ꝙ felicitas est operatio anime ẜm virtutem perfectam in vita tota. Describit etiam eaꝫ ibidem prout opera nostra ordinatur in ipsam: ⁊ ẜm ipsum modum dicit: ꝙ felicitas est finis operatoruꝫ perfectuꝫ ⁊ per se sufficiens bonuꝫ. Alie due acceptiones fuerunt aliorũ loquentiuꝫ ẜm diuersas vitas. Tres autem vite consueuerunt distingui: voluptuosa politica: ⁊ contemplatiua. Aliqui eniꝫ loquentes ẜꝫ vitam voluptuosam posuerunt felicitatem in delectationibus. Alij vero videntes ꝙ ciues potissime diligant honorem ⁊ ciuilem potentiaꝫ: dixerunt in talibus esse felicitatem. Quomodo autem accipitur felicitas ẜm vitam contẽplatiuaꝫ non est presentis speculationis. Philosophus ergo in numerando modos felicitatis ponit predictas acceptiones dicens. Sit itaqꝫ felicitas eupraxia idest bona operatio cum virtute: idest quantuꝫ ad illaꝫ acceptioneꝫ: ꝙ felicitas est operatio anime ⁊c. ẜꝫ .n. philo. felicitas est per se sufficientia vite quantuꝫ ad illaꝫ descriptioneꝫ quã etiam dat phus. vꝫ. ꝙ felicitas est finis operationuꝫ perfectuꝫ p se sufficiens bonum. Uel felicitas est vita cum infallibilitate delectabilissima: prout felicitas ponitur in voluptate: vel est abundantia possessionum ⁊ corporum: cum primo conseruatiua ⁊ actiua ipsorum: ⁊ hoc prout felicitas ponitur in ciuili potentia: videtur ciuilis potẽtia respicere possessiones vt agros ⁊ talia: ⁊ corpora vt bestias: ⁊ potentiam conseruatiuaꝫ ⁊ actiuam horum vt amicos: ⁊ seruos: ⁊ qꝛ fere computati sunt omnes modi felicitatis ideo subdit: ꝙ fere omnes confitentur esse felicitatem aliquod horum: que dicta sunt: aut vnũ: aut plura: ⁊ dicit fere: quia forte aliquę positiones omnino cum non sint in passione rationabiles fuerant de ipsa: de quibus nõ est nobis cure. ¶ Ad intelligentiam horum: que dicuntur i isto capitulo notandum. ꝙ quia non omnes ponunt fineꝫ vnũ ⁊ felicitatem in eodem bono: adeo vt vniuersaliter: ⁊ quo ad omnes habemus artem exhortandi ⁊ dehortãdi. phs assignat diuersas acceptationes felicitatis. ¶ Deide. c. d.

¶ Si itaqꝫ est felicitas tale: necesse ipsius esse partes nobilitatem: multitudinem amicorum bonoruꝫ: amicitiam: diuitias: bonam prolem: multitudinem prolis.

¶ Ostendit que bona pertinent ad felicitatem ẜm dictas acceptatiões. Et tria facit. quia primo enumerat huiusmodi bona. Secundo ostendit talia bona pertinere ad felicitatem. Tertio determinat de vnoquoqꝫ illorum bonorum simpliciter. Secunda pars ibi. (Sic enim vtiqꝫ per se). Tertia ibi. (Sũmamus igitur simpliciter). Dicit ꝙ si felicitas est tale bonum: quale dictum est: tunc partes ipsius felicitatis necesse est esse nobilitatem. multitudinẽ bonorum: amicorum: amicitiam: diuitias: prolem. bonaꝫ multitudinem prolis: hoc quantum ad bona exteriora: q respiciunt corpus. ¶ Notandum tamen ꝙ amicitia potest computari inter bona exteriora ⁊ inferiora: vt infra patebit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Bonam senectutem: adhuc corporis virtutes: puta sanitatem: pulchritudinẽ: robur: magnitudinem: potentiam agonisticaꝫ: gloriam: honorem: bonam fortunam: virtutem auteꝫ: ⁊ partem ipsius prudentiam: fortitudinem: tẽperantiam: ⁊ iustitiam.

¶ Adhuc autem corporis virtutes: puta sanitateꝫ: pulchritudinem: robur: magnitudinem: potentiam agonisticam: siue potentiam agonizandi ⁊ bellandi. tangit bona corporis intrinseca. Cum autem addit gloriam. honorem. bonã fortunam: tangit bona exteriora respicientia animam: cũ vero subdit virtutem. aut partem ipsius ⁊ prouidentiam. fortitudinem: temperantiam: ⁊ iustitiam. Sunt enim iste partes subiectiue virtutis: quia virtus est totum vniuersale: ad ista innuit bona anime intrinseca. ¶ Ad intelligentiam dictorum notandũ: ꝙ oportet bona huiusmodi quadrupliciter esse distincta. Nam cum homo diuidatur in animam ⁊ corpus: ⁊ natura anime sit alia a natura corporis. oportet bona hominis diuidi in bona ẜm animam: ⁊ bona ẜm corpus. Rursum qꝛ bonorum humanorum quedam sunt extrinseca: quedam intrinseca: tam bona anime q̃ corporis diuidũtur in intrinseca ⁊ extrinseca. Et in vniuerso quatuor sunt genera bonorum humanorum. videlicet bona corporis extrinseca. vt nobilitatem. ⁊ diuitias: ⁊ cetera huiusmodi: bona corporis intrinseca: vt pulchritudo: magnitudo ⁊c. talia. bona anime extrinseca: vt gloria: honor: bona fortuna: que conueniunt homini ẜm ꝙ participat cum substantijs separatis: quia non participat cuꝫ eis ẜm corpus: sed secundum animam: possunt talia bona dici bona anime extrinseca bona fortune tamen vt infra aliquo modo possunt cõputari inter intrinseca bona: quarto ⁊ vltimo inter bona humana sunt bona anime intrinseca. vt prudentia: temperantia. ⁊ cetere virtutes. ¶ Notandum etiaꝫ: ꝙ quia priora in via generationis ⁊ temporis sunt posteriora in via perfectionis ⁊ complementi: vt potest haberi ex octauo phisico. ⁊ 4. metaphi. philosophus enumerando bona humana primo enumerauit bona corporis extrinseca

ris extrinseca quasi infima bona. Et vltimo bona anime intrinseca quasi supprema bona: ⁊ medio modo bona corporis intrinseca: ⁊ bona anime extriseca quasi medio modo bona. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Sic enim vtiqȝ per se sufficientissimus erit: si existant ipsi interiora ⁊ exteriora bona. Non sunt enim alia preter hec: sunt in ipso quidem: que circa animam: ⁊ que in corpore. Extra autẽ bonitas generis: ⁊ amici: ⁊ pecunie: ⁊ honor.

¶ Ostendit talia bona pertinere ad felicitatem secundum communem acceptionem eius. nam felicitas ẜm quamcunqȝ acceptionem semper videtur importare quiddam perfectum quia nullus ponit felicitatẽ in aliquo: nisi estimet id bonum perfectius. Non est autem bonum perfectum nisi sit sufficiens bonum: quia insufficientia imperfectionem importat. Cum igitur habens predicta bona videatͬ per se sufficiens. oportet talia bona aliquo modo ad felicitatem pertinere. ideo ait. Sic enim vtiqȝ per se sufficientissimus erit: si existant ei interiora ⁊ exteriora bona. quia non sunt alia bona preter hec. Naȝ qui habet predicta bona intrinseca ⁊ extrinseca: cum inter bona extrinseca computetur bonitas vel nobilitas generis ⁊ amici: ⁊ pecunie: ⁊ honor: que omnia sepius enumerata sunt: etiaȝ ad hec putamus conuenire potentiam ⁊ fortunaȝ inesse felici: quia sic erit securissima ⁊ sufficientissima vita eius. Pat3 ergo bona superius enumerata aliquo modo pertinere ad felicitatem: quia faciunt ad securitatem ⁊ ad sufficiẽtiã vite.

Adhuc autem cõuenire putamus potentiam inesse ⁊ fortunam. sic eni vtiqȝ securissima vita erit. Sumamus igitur similiter ⁊ bonum vnumquodqȝ quidem quid est. Nobilitas quidem igitur est genti ⁊ ciuitati suiuris antiquos esse: ⁊ presides primos insignes: ⁊ multos isignes perdidisse ex ipsis in his: que zelantur.

¶ Postqȝ enumerauit philosophͣ bona anime ⁊ bona corporis tam extrinseca qȝ intrinseca: ⁊ ostendit ea pertinere aliquo modo ad felicitatem: quia propter felicitatem: vel finem est exhortatio ⁊ dehortatio. vt habeamus artem exhortandi ⁊ dehortandi determinat in speciali de vnoquoqȝ dictorum bonorum. Et duo facit: quia primo determinat de bonis extrinsecis. Secundo de intrinsecis. Secunda ibi. (Corporis autem virtus). ¶ Circa primũ duo facit: ẜm ꝙ bona extrinseca dupliciter distinguuntur: quia quedam respiciunt hominem ẜm corpus: quedaȝ vero respiciunt ipsum secundaȝ animaȝ: vel ẜm ꝙ participat cũ substantijs separatis. Secũda pars ibi. (Bona opinio autem). ¶ Circa primum tria facit ẜm ꝙ tria sunt bona extrinseca. huiusmodi auteȝ ad tria comparari possunt. Primo ad progenitores suos ẜm quos ei competit nobilitas generis. Secundo ad suas filias: ẜ3 quos ei competere potest bonitas prolis. Tertio ad possessiones quas habet: ẜm quas ei potest competere sufficientia diuitiarũ. ¶ In determinando ergo de bonis extrinsecis corporis. Primo determinat de nobilitate generis. Secũdo de bonitate prolis. Tertio de sufficientia diuitiarum. Secunda pars ibi. (Bona autem proles). Tertia ibi. (Diuitiarum autẽ partes). ¶ Circa primum duo facit. quia primo continuat se ad dicenda dicens: ꝙ vult sumere simpliciter: vel singulariter quid est vnumquodqȝ bonorum: que dicta sunt. Secundo sequitur de intento. Secunda ibi. (Nobilitas quidem). Igitur in determinando de nobilitate duo facit: quia primo determinat de nobilitate gentis. Secundo de nobilitate singularis persone. Secunda ibi. (Singularis autẽ nobilitas). Per rhetoricam enim habemus potentiã exhortandi ⁊ dehortandi toti genti: ⁊ etiaȝ alicui persone singulari. Si ergo nobilitas ad felicitatem pertinet: ⁊ per felicitatem exhortamur ⁊ dehortamur: vt sciamus exhortari ⁊ dehortari toti genti. ⁊ vni persone singulari. docet nos cognoscere nobilitatem totius gentis ⁊ singularis ꝑsone. In dicendo autem notitiaȝ nobilitatis gentis quatuor tãgit. Primo antiquitatem ciuium: quia nobilitas totius gẽtis ⁊ ciuitatis ẽ: ꝙ antiqui homines sint sui iuris. i. ꝙ pertineant ad ius: ⁊ ad foruȝ ciuitatis ⁊ ꝙ sint incole eius. Secundo tangit qualitatem eorum: qz ciues ciuitatis debent esse primi presides ⁊ insignes preclari viri. Tertio tangit quantitatem eorum. quia debent esse multi tales ciues: q sunt insignes ⁊ preclari. Quarto ⁊ vltimo insinuat: qualia debent esse bona: in quibus ciues ciuitatis insignes debẽt alios excellere quia si ciuitas est nobilis: debet ex his qui sunt in ciuitate produxisse viros insignes excellentes in his bonis: que zelantur ab alijs. Appellantur hic bona: que zelantur ab alijs: bona optima: quia talia bona homines inuidi consueuerant zelare. vnde alia translatio habet locũ huiusmodi in inuidis ¶ Ad euidentiam dictorum notandum antiquitatem ciuium facere ad nobilitateȝ ciuitatis quia nobilitas importat ortum naturalem non ortum ad vltimum. Sic enim videtur imaginari phs in primo politicorum. ꝙ ciuitas habeat naturalem ortum: quia filijs in vna domo multiplicatis ⁊ non potentibus ibi cohabitare fecerunt vicum ⁊ itẽ multiplicatis filijs ex pluribus vicis constituta fuit ciuitas: ita ꝙ ẜm naturalem origineȝ domus crescit in vicum: vicus in ciuitatem. Naȝ ꝙ ex hominibus aduenis constituatur ciuitas. non videtur naturalis ordo: quia domos crescere in ciuitatem non est sine antiquitate magna: antiquitas ciuium facit ad nobilitatẽ ciuitatis: qz facit ad eius originem. Quomodo auteȝ alia faciant ad nobilitatem ciuitatis de se patet. ¶ Deide cũ.

¶ Singularis autem nobilitas: que a viris: aut mulieribus: ⁊ legitimitas ab ambobus. Et sicut in ciuitate primos notos: aut in virtute: aut in diuitijs: aut in alio eorum: que honorantur: ⁊ multos insignes ex genere: ⁊ viros: ⁊ mulieres: ⁊ iuuenes: ⁊ senes.

¶ Determiat de nobilitate singularis persone: ⁊ tãgit quatuor: ꝫ non eodem ordine correspondentia predictis quatuor: q̃ reqruntͬ ad nobilitatẽ gñis gẽtis. Nã nobilitas singularis ꝑsone ẽ nobilitas q̃ a viris ẜ est ex progenie pris aut a mulierib': ẜ ẽ ꝓgenie mr̃is: ⁊ legitimus e ex ambobus. i. ex patre ⁊ matre: qz taȝ pr̃ qȝ mr̃ debent eẽ legitimi ciues: nõ aduene: vel a viris ⁊ mulieribus sue prolis. qz tã in masculis qȝ in feminis debet inueniri legitimitas: quod in idem redit: quia qui est legitimus ciuis ciuitatis. hẽt multos affines sibi. Ex quo apparet antiquitatem facere ad nobilitatem singularis persone: sicut ad nobilitatem ciuitatis: quia non posset quis esse legitimus ciuis ciuitatis: nisi ab antiquo sui progenitores fuerint incole ciuitatis illius. Secundo ad nobilitatem singularem facit qualitas progenitorum: ideo ait. Et sicut in ciuitate primos ⁊ notos quia sicut ciuitas nobilitatur per primos ⁊ notos ciues: sic singularis persona nobilitatur per primos ⁊ notos genitores. Tertio ad talem nobilitatem bonorum qualitas facit: in quibus abundare debent parentes eius: qz debent abũ

dare: aut in virtute: aut in diuitijs: aut in alio eorũ bonorũ: que honorant. ¶ Quarto ⁊ vltimo etiã ad talẽ nobilitatẽ facit multitudo taliũ personarũ: q꞉ nobilis est psona aliqua singularis si h꞉ ex grã suo multos isignes: vt multos pclaros: multos insignes dico ⁊ viros: ⁊ mulieres ⁊ iuu nes ⁊ senes. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Bona autẽ proles: ⁊ multitudo prolis nõ in manifesta. Est aũt cõis qdẽ bonitas prolis iuuentus: si sit multa ⁊ bona. Bona aũt fm virtutẽ quidẽ corpis: puta magnitudinẽ: robur: potentiã agonisticã. Anime autẽ iuuenis virtus: iuuẽtus: temperantia: ⁊ fortitudo.

¶ Determinat de bonitate prolis. Et duo facit: q꞉ pmo determinat de tali bonitate prout pertinet ad totã gentem. Scdo put pertinet ad singularẽ personã. Scda ibi. (Singularis autẽ bõitas.) Dicit ergo: q bona ples: ⁊ multitudo bone plis nõ est imanifesta. idest de leui apparere potest qualis sit talis bonitas. Scdo subdit: p cõis bonitas plis est iuuẽtus. si sit multa ⁊ bona: q꞉ tũc ciuitas fulget bona prole: q꞉ in ea sunt iuniores mlti ⁊ boni: ita q sint boni fm corpus ⁊ fm aiam. Et exponit qualis est vtraq꞉ talis bonitas: q꞉ bonitas fm virtutẽ corporis est hre magnitudinẽ pulchritudinẽ: robur: ⁊ potentiã agonisticã: siue potentiam bellatiuã: quę potẽtia siue robur ⁊ magnitudo agilitatem addit ⁊ velocitatẽ membrorũ. bonitas aũt aię iuuenis est virtus: vt tẽperãtia ⁊ fortitudo. pp hęc eni duo iuuenes cõsueuerũt esse mali quantũ ad malitiã aię: vel q꞉ sunt formidolosi: vel q꞉ sunt intemperati. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Singularis autẽ bonitas plis ⁊ multitudo. singulares natos multos: ⁊ tales esse in feminas ⁊ masculos.

¶ Determinat de nobilitate plis prout respicit personã singularẽ. Et tria facit: q꞉ pmo facit qd dictũ est. Scdo determinat de bonitate puerorũ. ⁊ de bõitate mulierũ: ⁊ ostẽdit qualis esse debeat bonitas feminarũ. Tertio cõcludit malitiã mulierũ facere ad infelicitatẽ. Scda ibi. (Feminarũ aũt virtus.) Tertia ibi. (Quibuscũq꞉ eni ea.) Dicit ergo: q bonitas prolis singularis persone: ⁊ multitudo talis plis est hre singulares multos. idest filios excellentes qui sint quasi singulares in ciuitate: non habentes pares: ⁊ huiꝰ filij debẽt esse multi: ⁊ tales esse masculos ⁊ feminas: q masculi ⁊ femine debẽt eẽ mlti ⁊ boni. ¶ Dei. c. d.

¶ Feminarũ autem virtus corporis quidẽ pulchritudo ⁊ magnitudo: anime aũt temperãtia ⁊ amor operositatis sine seruilitate. Sunt aũt singulariter: ⁊ cõmuniter: ⁊ quãtũ ad viros ⁊ quantum ad mulieres oportet querere vnum quodq꞉ talium inesse.

¶ Declarat qualis deb꞉ esse bonitas feminarũ: q꞉ bonitas earũ quantũ ad virtutẽ corporis est pulchritudo ⁊ magnitudo bonitas aũt aię feminarum est temperantia ⁊ amor operositatis sine seruilitate: q꞉ mulieres debent esse tẽperate: ⁊ non debent esse ociose: q꞉ ipsa ociositas inclinat ad intẽperantiã. debent ergo amare operositatẽ: ita tamẽ q non declinent ad opera seruilia. Addit aũt q aliq̃ bõa sunt singulariter: ⁊ aliqua bona cõiter quantũ ad viros: ⁊ quantũ ad mulieres. ideo opꝫ querere vnũquodq꞉ taliũ bonorum inesse viris vel mulieribus. Sunt eni aliqua bõa cõmunia vtrisq꞉: vt prudentia: ⁊ sunt aliqua ppria: vt illa que in vno laudant: ⁊ in alio vituperant: iuxta illd quod scribit pmo politicorũ: ornamẽtũ mulierũ est silentium. viro autem iam non hoc. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quibuscũq꞉ eni ea: que fm mulieres sunt praua: quẽadmodũ Lacedemonis fere scdm dimidium non sunt felices.

¶ Concludit malitiã mulierũ facere ad infelicitatẽ ciuitatis dicens: q quibuscũq꞉ nationibus inter praua fm mulieres. idest in quibuscũq꞉ nationibus sunt mulieres praue: quẽadmodũ ptingebat Lacedemonijs. vbi mulieres praue erant: fere tales nationes fm dimidiũ non sunt felices: q꞉ hec mulieres non sunt pprie media pars ciuitatis: eo q pars virorũ excellat parte mulierũ: in bonitate tamẽ q꞉ filij mulierũ multũ consueuerũt variari malicia mulierũ fere euacuat medietatẽ felicitatis ciuilis. ¶ Dei. c. d.

¶ Diuitiarũ autẽ partes numismatis: multitudo terre: villarum possessio: ⁊ multitudine: ⁊ magnitudine ⁊ pulchritudine differentiũ. Adhuc aũt supellectiliũ possessio: ⁊ seruorũ: ⁊ pecudũ: ⁊ multitudine differentium.

¶ Determinat de sufficientia diuitiarũ. Et duo facit: quia primo distinguit partes diuitiarũ. Scdo ostendit qualia debent esse illa: quę integrant tales diuitias ibi. (Omnia autem h.) Dicit ergo: q partes diuitiarũ sunt multitudo vniuersitatũ: ⁊ possessio terre: ⁊ villarũ differentium multitudine: quia si debet aliquis excellere alios in possessionibꝰ: deb꞉ habere terras ⁊ villas plures q̃ alij. ⁊ pulchriores. Adhuc aũt ad diuitias pertinet possessio suppelectiliũ ⁊ possessio seruorũ: ⁊ pecudũ differentium multitudine: ⁊ pulchritudine: quia talia debent esse multa ⁊ pulchra. Sufficientia autem istarum partium integrantium diuitias sic haberi potest. Quia pertinentia ad diuitias: vel se habent vt mensura: vel vt mensurata. Si vt mensura: sic est vt numisma: quia fm philosophũ oia talia numismate mensurantur. Si vero vt mensurata. tunc vel sunt animata vel inanimata. Si inanimata tunc distinguẽdum. Quia vel sunt fructifera vel liberalia. Si sunt fructifera. sic est possessio terre: ⁊ villarum. Si vero sunt liberalia ⁊ bonitas eorum consistit in vsu. sic est possessio suppelectilium ⁊ iocaliũ. Si vero bona possessa sunt animata: vel sunt animata aia rationali: ⁊ sic est possessio seruorũ: vel anima irrõnali: ⁊ sic est possessio pecudũ: ⁊ aliarũ bestiarum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oia aũt hec non fallacia: ⁊ liberalia: ⁊ vtilia Sunt aũt vtilia quidẽ magis fructifera: liberalia autẽ que ad fruitionẽ. Fructifera autem dico: a quibus prouentus. Fruibilia autẽ: a quibus nihil quod dignum sit preter vsum.

¶ Ostẽdit qualia debẽt esse huius partes integrãtes diuitias. Et tria facit: q꞉ primo dicit: q talia debent eẽ firma ⁊ liberalia fructifera: ⁊ exponit qd intelligat p fructiferum ⁊ qd per liberale. Scdo q diceret possessionẽ rerũ facere ad diuitias: diffinit vt declarat quid est possidere. Tertio q꞉ vsus rerũ ⁊ possessio earũ vident facere ad diuitias: cõparat illas ad inuicẽ ostẽdẽs aliquẽ magis esse diuitẽ: eo q vtitur diuitijs q̃ eo qui eas possidet. Scda ibi. (Et terminus aũt de possessionis.) Tertia ibi. (Totalr aũt diuitię esse.) Dicit ergo pmo: q oia aũt hęc integrãtia diuitias debẽt eẽ liberalia ⁊ vtilia: ⁊ expõit ꝗ qd intelligit per vtilia: ⁊ qd per liberalia: q꞉ vtilia sunt magis fructifera: liberalia sunt magis fruibilia: ⁊ appellat ea fructifera a qbꝰ puenĩũt pꝛ̃uentus: vt terrę ⁊ villę: fruibilia vo a qbus nihil qd dignũ sit. i. nihil dignitatis puenit pter vsum. ¶ Deide cũ dic.

¶ Et terminus

¶ Et terminus autem vere possessionis quidē hic: et ita possedisse: ut in ipso sit usus ipsorum: ita quod remaneant: sibi autem non: cum in ipso sit alienare. Dico autem alienationem: donationem: et venditionem.

¶ Diffinit quid est possidere dicens quod terminus sive diffinitio vere possessionis est ista: quia possidere dicitur aliquis cum in ipso sit usus ipsorum: ita quod remaneant sibi aut non: vel cum ipso sit alienatio vel non. Exponit quid intendit per alienationem vocat donationem: vel venditionem: vel aliquam aliam commutationem. Nihil est quam aliud possidere nisi esse in sua potestate alienare vel non alienare illud. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Totaliter autem dicere esse est in uti magis quam in possidere. Et enim operatio certa talium et usus divitie.

¶ Comparat usum rerum ad possessionem earum dicens: quod totaliter id est universaliter esse divitie: hoc est ratio et perfectio divitiarum magis est in uti quam in possidere. unde littera arabica habet: quod vere divitie sunt potius in utendo: ideo subdit: quod operatio et usus talium rerum: que possidentur esse ipse divitie. ¶ Ad evidentiam dictorum notandum: quod bona corporalia enumerata ordinata sunt secundum maiorem et minorem propinquitatem: vel identitatem. Nam divitie sunt magis bonum extrinsecum quam filii: ex quibus consurgit bonitas prolis: et quam progenitores: ex quibus consurgit nobilitas generis: nam parentes sunt propinquiores filiis quam filii parentibus: ut probat philosophus 8° ethicorum. Sunt enim filii quedam pars parentum et totum magis est propinquum portioni quod nundum ipsam attingant quam pars toti: que totum non comprehendit. Et quia ut tactum est nobilitas generis consurgit ex parentibus: nobilitas prolis habet esse ex filiis: sequitur nobilitatem generis non esse adeo extrinsecum bonum: ut bonitas prolis: ideo philosophus inter bona corporis extrinseca ultimo posuit sufficientiam divitiarum: quasi bonum maxime extrinsecum. et primo nobilitatem generis quasi minime extrinsecum: et medio modo bonitatem prolis: quasi medio modo extrinsecum. ¶ Rursum notandum hominem esse magis divitem eo quod utitur divitiis quam eo quod possidet. nam si divitie bonum sunt: quia hec non sunt nisi quia in eis est felicitas: vel quia sunt organa ad felicitatem et aliquo modo ordinantur ad ipsam. Est autem in aliquo bono posita felicitatis: vel aliquid ad ipsam pertinens: et tunc quanto magis illi bono accedimus tanto magis sumus tales. ut si quis poneret felicitatem: vel aliquid ad ipsam pertinens in cibis quanto magis contingeret cibaria tanto esset felicior secundum illum modum felicitatis. et cibaria maxime multa potissime esset felicitas eius. Magis est ergo quis dives eo quod divitiis utitur quam eo quod eas possideret: quia magis eas contingit. sicut magis contingimur cibis cum eis fruimur quam cum eos tenemus in archa. Ex quo apparet: quod avari licet divitias possideant: non proprie sunt divites: quia eis non utuntur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Bona autem opinio est ab omnibus studiosum existimari: vel tale aliquid habere quod omnes appetant: aut multi: aut boni: aut prudentes.

¶ Postquam determinavit de bonis exterioribus: que respiciunt hominem secundum corpus. hic determinat de bonis exterioribus: que respiciunt ipsum secundum animam: et prout participat substantias separatas. Sunt autem hec bona honor et gloria: nam ipsum deum et substantias separatas honorare et glorificare debemus: omnes enim alicui glorie eo quod sit bonus in se: vel potest esse bonus cum honoremus alios ratione beneficentie. cum ergo deus et substantie separate potissime sunt bona: maxime eos debemus honorare: quia solus ipse est essentialiter bonus: a quo cuncta bona procedunt: quia ergo in honore participamus cum eis secundum animam non secundum corpus: possunt talia bona dici bona secundum animam. ¶ In determinando autem de talibus bonis duo facit secundum quod sunt duo talia. Nam primo determinat de gloria. Secundo de honore. Secunda ibi. (Honor autem est.) Dicit ergo primo: quod gloria: vel bona opinio est existimari ab omnibus studiosum: sive bonum: vel habere aliquid tale: quod omnes appetant: aut multi: aut boni: aut prudentes. his enim duobus modis aliquis laudatur: vel quia existimatur simpliciter bonus vel quia in aliquo bono alios excellit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Honor autem quidem benefactive opinionis signum. Honorantur autem iuste quidem maxime: qui beneficia prestiterunt. Non solum si honorantur et qui potest beneficiare. Beneficentia autem que ad salutem.

¶ Determinat de honore. Et duo facit: quia primo ostendit quid sit honor. Secundo distinguit partes honoris. Secunda ibi. (Partes autem honoris). ¶ Circa primum duo facit. quia primo facit quod dictum est. Secundo ostendit semper honorem consurgere ex aliquo arduo: vel simpliciter: vel ratione modi. Secunda ibi. (Et quascunque causas). Dicit ergo primo: quod honor est signum benefactive opinionis: quia ex hoc honoramus aliquos: quia nobis benefecerunt: vel quia possunt nobis benefacere: ideo addit. honorantur iuste quidem qui maxime beneficia prestiterunt: et non solum tales honorantur sed etiam honoratur qui potest benefacere: et qui potest dare nobis beneficia: que nobis prosunt ad salutem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quascunque causas ostendit: aut ad divitias: aut ad aliquod aliorum bonorum: quorum non est facilis possessio: aut totaliter: aut hic: aut tunc. Multi enim propter ea: que videntur parva: honorem adipiscuntur. Sed modi et tempora sunt cause.

¶ Ostendit quod semper honor sumitur ex aliquo arduo dicens: quod nos honoramus quascunque personas videmus causas ostendi nobis aut ad divitias: aut ad aliquod aliorum bonorum: quorum non facilis est possessio. Ex quo apparet: quod semper honor redditur propter aliquid arduum: quia ardua sunt: que non faciliter possidentur arduum dico aut totaliter id est simpliciter: aut hic id est ratione loci aut tunc id est ratione temporis: multa enim non sunt ardua et de facili possidentur simpliciter loquendo: que tamen in aliquo tempore et in aliquo loco ardua esse possunt. ideo addit: quod multi propter ea: vel propter illa: que videntur parva adipiscuntur honorem secundum tempora vel ratione loci: quia vel tempora: vel loci sunt cause huius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Partes autem honoris sacrificia: recordationes in metris et sine metris: templum: antiqua primordia: sedis monumenta: imagines: alimenta publicaque barbarorum: puta adorationes et extases dona: que apud singulos preciosa.

¶ Hic distinguit honoris partes. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo quia computaverat donum inter partes honoris ostendit quomodo donum ad honorem pertinet. Secunda ibi. (Et enim donum est). Dicit ergo: quod partes honoris sunt sacrificia: vel ut habet alia littera mactatio victimarum. Antiquitus enim excellentibus hominibus sacrificia offerebantur et etiam ad honores pertinent recordationes in metris et sine metris: quia aliquis potest commendari metrice et prosaice: vel in metris et sine metris: quia aliquis potest commendari mensurate secundum modum hominum: et immensurate: ac si esset deus. Est enim metrum idem quod mensura: et hoc concordat cum alia littera: ubi habetur commemorationes moderate et immoderate. Est etiam pars honoris templum:

sicut ad honorē deoꝝ tēpla edificamus: qḋ forte antiqtus fiebat principibus: ac si essent dii: ꝛ antiqua pmorditas sedis: qꝫ aliquis ponebat in sede prima: ꝛ vbi solēnes persone consueuerunt poni ꝛ monumenta: eo qꝫ alicui cōstitue bant sepulchraꝫ speciosum ꝛ imagines: qꝫ depingebant sic vel sicut sit excellens persona: ꝛ alimēta publica: q: ad honorem pertinet: qꝫ aliqs viuat de cōibus bonis: qꝛ reges ꝛ principes de talibus cōsueuerūt viuere. Et honorifica sūt: que barbaroꝝ: hoc est que barbari faciebant principibus: vtputa adorantes: qꝛ adorabant eos. ꝛ estases: hoc ē admirōnes: qꝛ admirabant vidēdo eos ac si viderēt aliqd magnificum. ꝛ aliqd diuinū: qḋ forte contingebat: qꝛ pncipes eoꝝ p multū tps se occultabāt: ꝛ raro eis apparebat. honorifica sunt ēt dona: q̄ sūt sp̄osa apud singulos. ❡ Deni ꝛc.

❡ Etenim donum est rei possesse datio: ꝛ honoris signum: propter quod amatores pecūiarum: ꝛ amatores honoris appetunt ipsa. Ambo enim habent: quibus indigent: etenim potētia est: qua indigēt amatores pecuniarum: etiā honorem habere: quo amatores honoris.

❡ Spāliter ostēdit donū ptinere ad honorē. qꝛ spāliter d eo vr ee dubiū: cū dona appetāt auari ꝛ amatores diuitiarū. iō accidit qꝫ donū est datio rei possessę: ꝛ ē signū honoris: ꝛ inde est: qꝫ amatores pecūiaꝝ. vel amatores honoris appetunt ipsa dona: qꝛ donum ambobus. i. auaris ꝛ amatoribus honoris: qbus indiget vterqꝫ. Nā donū pōt vtrisqꝫ satisfacere: qꝛ inq̄ntum donuꝫ est pecunia: vel pōt pecunia mensurari. qa est res q̄ indiget amatores pecuniaꝝ. Et qa etiam in se vr hr̄e quendam honorē: qḋ est signū honoris: vr in se hr̄e id: quo indigent amatores honoris. ❡ Notandū ḡ qꝫ ptes honoris supius posite sic distingui pnt: qꝛ vt tactu ē: antiqtus hoies honorabant: ac si essent dii: ꝛ ideo ptes honoris tripl'r diuidunt: qꝛ aliq̄ sunt ppria dictoruꝫ: vt oblatio sacrificioꝝ: ꝛ ꝯstitutio tēploꝝ: ꝛ talia: aliq̄ vero sunt ppria hoium. vt edificatio monumentoꝝ: ꝛ victus publicoꝝ alimētoꝝ: ꝛ hꝫ. aliq̄ vo cōia sunt vtriqꝫ. s. diis ꝛ hominib⁹. vt recordatiōes: ꝛ adoratiōes: ꝛ cętera talia.

Corporis autē virtus sanitas. Hec autē sic: vt sint sine egritudine vtētes corporibus. Multi enim sani sunt: sicut Heraclitus dicit: quos null⁹ vtiqꝫ felicitabit sanitate: ꝓpter qḋ ab oibus abstinere humanis: aut pluribus.

¶ Et que confessorum: aut apparentium magnorum: maiora. Et diuisa autem in partes maiora videntur. per plura enim diuisum excedit aut videtur. Unde et poeta ait sic dicentem. Persuade Meleagrum per singula notare: quot mala hominibus approximant: quorum ciuitas capitur. propterea quidem premuntur. Ciuitatem autem exurit ignis: pueros autem alij dimittunt. Et componere autem et accusare quemadmodum et epitaphium. propterea quod compositio est idem diuisioni. Compositio enim excessum dat multum. Et quia principium videtur magnorum et causa.

¶ Venatur considerationes et maxima per comparationem ad cognitionem: vel ad apparentiam. Et tria facit: quia primo ponit vnam considerationem sumptam ex apparentia simpliciter. Secundo ponit aliam prout apparentia consurgit ex diuisione. Tertio ponit tertiam prout huiusmodi apparentia consurgit ex compositione. Secunda ibi. (Et diuisa autem). Tertia ibi. (Et componere autem. ¶ Prima consideratio talis. Que ea sunt magis bona: vel maiora bona: que sunt de numero bonorum magnorum confessorum aut apparentium: hoc est que sunt de numero bonorum: que omnibus apparent bona: et ab omnibus confitentur bona. Probabile enim est talia bona esse: quia nunquam fama omnino perditur. ¶ Secunda consideratio talis. Nam quia diuisa in partes maiora videntur: quia sic diuisum per plura vel excedit: vel videtur excedere. Et ponit exemplum de quodam poeta qui ait id est dicit: siue recitat quendam sic dicentem. Meleagrum notare per singula. id est notare singulatim. et per partes quot mala approximant hominibus: quorum ciuitas capitur: quia populi premuntur vel occiduntur: ciuitatem exurit ignis: puerosque alij dimittunt. i. negligunt: quia incole ciuitatis: cum ciuitas capitur arripientes fugam: dimittunt filios inter manus inimicorum. ¶ Tertia consideratio talis est. Quia debemus mala vel bona ad hoc quod videantur maiora componere et accumulare: quemadmodum epitaphium. id est sicut illud scriptum bene narrat. Et hoc propterea quod compositio facit idem diuisioni: vel sic habet alia litera: propter hoc idem: quod in diuisione: quia sicut diuisio facit excessum: ita et compositio: ideo subdit: quod compositio excessum facit multum: et videtur principium et est causa magnorum. quia facit apparere alia magna. ¶ Ad intelligentiam dictorum notandum: quod compositio et diuisio videntur denotare excessum: videtur opponi toti vniuersali. Non enim debemus in vniuersali narrare mala vel bona si volumus: quod videantur magna: sed per singula sunt enarranda. Compositio autem etiam excessum facit: sed non compositio et totalitas non facit ad excessum: sed totalitas integralis: quia illa mala narrata per singula: vt faciant excessum: sunt aggreganda et accumulanda. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autem quid difficilius et rarius ma

ius: tempora: ⁊ etates: ⁊ loca: ⁊ animi: ⁊ potentie faciunt magna. Si enim extra potentiaz ⁊ extra etatez: ⁊ extra similes: ⁊ aut sic: aut hic aut nunc habebit magnitudinem: ⁊ bonorũ: ⁊ pulchriorum: ⁊ iustorum: ⁊ contrariorum. Unde ⁊ inscriptio i olimpico vico. anterius quidem aspectum habens: ⁊ super vtrũq humerũ insculptuz piscis q ex naui in terrã ferebatur: ⁊ inficiens ipsum laudabat dicens: ex quibus existerent hoc. Et quod per se natuz aduẽtitio difficilius enim. Unde ⁊ poeta ait. Per me docibilis sum.

Docet sumere considerationes sumptas non ex difficultate simpliciter: sed per comparationez ad alia. Et duo facit: quia primo ponit huiusmodi considerationes. Secundo ponit considerationes quasdaz: que sequuntur ex illis ibi. (Et magni maxima pars). Circa primum duo facit: quia primo ponit considerationem: vel etiam considerationes sumptas penes difficultatem relatam ad aliaz. Secundo ponit aliam considerationem annexaz illi. Secũda ibi. (Et ꝙ per se). Prima cõsideratio talis. Quoniam difficilius ⁊ rarius sunt maius bonum obseruanda sunt tempora: etates loca: animi: ⁊ persone. ꝙ faciũt videri magna quia si aliquid est extra potentiam: ⁊ extra etatem: ⁊ extra similes: vt quia sui pares: ⁊ sue etatis: ⁊ sue persone nunꝙ fecerunt talia: quando id factum sit quantum ad modum: aut hic. quoniam ad locum: aut quantum ad opus habebit magnitudinem ⁊ bonorum: ⁊ pulchriorum ⁊ iustorum: ⁊ contrariorum: quia aliquid in aliquo loco ⁊ aliquo modo factum videtur magnum bonum: vel magnum pulchrum: vel etiam contrarium: vel magnum malum vel magnuz turpe: quia simpliciter ⁊ absolute loquẽdo non est tale. Ideo subdit ꝙ in olympo monte erat quedam inscriptio: vel quedam imago: que anterius habebat aspectum hominis. ⁊ supra vtrunq humerum insculptum piscis: qui videbatur: ꝙ piscis erat in humeris eius: ac si faceret insultum super eum: ⁊ huius imago ex naui ferebatur in terram. Consuetudo enim erat antiquitus: ꝙ faciens aliquid magnum depingebatur vt haberetur in memoria: ⁊ licet non sit magnum portare piscez: vel aliquod pondus in terrã: tamen super aquas hoc facere ẽ magnum: ideo illum: qui hoc fecit: fecit sic inscriptum qd' acrer: ⁊ eum laudabat dicens: ex quibus existerent hoc: quasi dicat nulli talia possent. Secũda consideratio huic annexa est: ita ꝙ per sena tum est maius ãnexio in terra omni genere est plus. quod est per se: ꝙ per aliud: ⁊ subdit causam. Nam tale est maius: quia difficilius. Unde ⁊ poeta nolens se laudare dicebat. Per meipsuz docibilis sum. Deinde cum dicit.

Et magni maxima pars: qualez epitaphiũ dixit Perides: iuuentutem ex ciuitate ablatam esse: vel ac ver ex anno si auferatur. Et que in necessitate maiori: optima maiora: puta que in senectute ⁊ egritudinibus. Et duorum qd' propinquius fini. Et ꝙ ipsi est simpliciter: ⁊ quod possibile impossibili: hoc quidẽ enim ipsi. hoc autem ⁊ quod in fine vite. Fines enim magis ꝙꝫ apud finem.

Hic ponit quasdam considerationes: que sumunt originem ex dictis. Nam arduum siue difficile videtur esse potissime expediens: ⁊ existẽs: ⁊ bonum: siue virtuosum: deo tria facit: quia primo ponit maximas ⁊ considerationes sumptas ex expedientia. Secũdo ex existentia. Tertio ex virtuositate. Secunda ibi. (Et que ad veritatem). Tertia ibi. (Quod ad multa vniuersalius). Circa primuz ponit quinq considerationes fm ꝙ expediens quantum ad presens quincupliciter potest sumi. Primo prout refertur ad totum. Secundo prout comparatur ad necessitatem. Tertio prout comparatur ad finem. Quarto prout comparatur ad suam facultatem ⁊ possibilitatem. Quinto prout refertur ad vitam. Secunda pars ibi. (Et que in necessitate). Tertia ibi. (Et duoruz quod propinquius). Quarta ibi. (Et ꝙ ipsi). Quita ibi. (Et ꝙ i fine). Prima consideratio talis est. Quia cuiuslibet magni semper maxima pars est melior ⁊ maius bonum. quia magis expediens. Unde Perides descripsit quoddam epitaphiuz: vbi dicit ꝙ iuuentutem ex ciuitate ablatam tale est ac si ver tolleretur ab ãno: quia sicut est nobilissima pars anni: ita iuuentus nobilissima pars ciuitatis. Secunda talis. Que fiunt in necessitate maiori: sunt meliora: quia magis opportuna: vt puta que fiũt in egritudinibus ⁊ in senectute. Tertia talis. Quando aliqua duo comparantur ad finem aliud quod est propinquius fini est melius: quia magis expediens. Quarta continet duas considerationes quia illud est melius quod simpliciter est ipsi homini. i. quod est in facultate hominis: quia tali homini expediũt. Et ex hoc sequitur alia consideratio: ꝙ possibile est melius impossibili: quia hoc possibile est ipsi homini: siue in facultate eius. hoc autem vt impossibile non. Ultima consideratio talis. Quia bonum in fine vite est melius: quia fines sunt magis apud finem. i. quia talia sunt propinquiora fini ⁊ magis expedientia. Deinde cum dicit.

Et que ad veritatem his: que ad opinionez. Terminus autem eius: qd' ad opinionem: qd' latere debeat: non vtiqz eligitur. Propter qd' taz bene pati ꝙꝫ benefacere videbitur vtiqz eligi. Et quecunqz esse magis ꝙꝫ iudicari volunt ad veritatem eius magis propter quid: ⁊ iustitiã aiunt parum esse: quia videri ꝙꝫ esse eligibilius sanum autem esse non.

Ostendit magis esse bona: que sunt magis optima. Et ponit tres considerationes circa hec: quaruz vna sequitur aliam. Secunda ibi. (Quia si latere debeat). Tertia ibi. (Et quecunqz esse magis). Prima consideratio talis. Que sunt ad veritatem sunt maiora bona his: que sũt ad opinionem. Et subditur causa: quia existentia: siue virtus est terminus: id est finis eius: quod est ad opinionem. Et quia finis est melior his: que sunt ad finem: ideo existentia preualet opinionem. Secunda talis. Quicquid non eligeretur: si debeat latere: non videtur tantuz bonũ sicut illud: quod quis eligeret latens. Et quia non est commune: ꝙ quis eligat bene facere: nisi sciretur. Eligunt tamen homines bene pati ⁊ bona suscipere: si nullus sciat secundum consideratione; hanc: videtur melius bene pati ꝙꝫ bene facere. Tertia talis. Quecunqz homines volũt magis esse ꝙꝫ videri: sunt magis eligibilia. Et est ratio quia sunt magis ad veritatem. ⁊ dicunt homines iustitiam esse paruum bonum: quod eligibilius est videri iustũ ꝙꝫ esse

q̃ esse iustum sed sanum esse non sic habet: q2 potius q̄libet eligeret esse sanum q̃ videri. ℂ Aduertendum tamen q̄ iusticia simpliciter est melior sanitate: sicut bonū anime est melius bono corporis. Et similiter melius est esse iustum q̃ videri: tamen quia cōmuniter homines cognoscunt solum sensibilia bona: ideo eligerent homines vt plurimum magis videri iustos q̃ esse. Et q̄ hoc sufficiat ad hoc q̄ cōsiderationes nunc sunt secundum modū rhetoricum. ℂ Deinde cū dicit.

ℂ Et q̄ ad multa vtilius: puta q̄ ad viuere: ⁊ bene viuere: ⁊ ad delectationem: ⁊ ad agēduz bona: propter quod diuitie ⁊ sanitas maxime videntur esse: omnia enim habēt hec. Et q̄ n. minus triste. Et q̄ cuz delectatione: plura eniz vno: quare excedit. Et delectatio bonum: ⁊ tristitia: ⁊ duorum appositum magis totum facit. Et que non latent presentia q̃ que latent: ad veritatem enim tendunt hec: propter quid ditari videbitur vtiq3 maius bonum q̃ opinari. Et amabile his quidem solum. his autez cū alijs: propter quod non equale damnuz: si qs monoculum excecauerit: ⁊ duos habentem amabile enim singulariter ablatum est. Et quidem igitur oportet persuasiones ferre exhortando ⁊ dehortando fere dictum est.

ℂ Ostēdit esse maiora bona. que virtuosiora ⁊ rariora sūt. Et ponit sex considerationes circa hec. Secunda ibi. (Et enim qd minus). Tertia ibi. (Et qd cum delectatione). Quarta ibi (Et duorum qd eidem). Quinta ibi. (Et que non latent). Sexta ibi. (Et amabile his). ℂ Prima cōsideratio talis. q̄ est ad multa vniuersalius: id est magis bonū. Est enim virtuosius ⁊ charius: ⁊ ideo que valēt ad viuere: ⁊ bene viuere: ⁊ ad delectationem: ⁊ ad agendum bona: videntur esse valde bona: propter quod diuitie ⁊ sanitas: que habent omnia hec. i. que valent ad omnia predicta videntur esse maxima. ℂ Secunda talis. Bonum qd habetur cum delectatione est maius bonum: ⁊ dat causaz dictorum: quia plura bona sunt meliora vno. Nam sicut vnuz quod valet ad multa est virtuosius ⁊ rarius. sic plura bona virtuosiora sunt: ⁊ chariora vno bono. Cum ergo delectatio sit aliquod bonum ⁊ non tristari: ⁊ bonum sit quando delectatio: vel carentia tristitie additur bono possessor: excedit bonum: quod est sine istis possidetur sicut plura bona vnum bonum. ℂ Tertia talis est. Si aliquid bonorum duorum appositum eidem facit totū magis bonum contrarium aliud. illud est maius bonum: qd virtuosius. ℂ Quinta talis. Et ea que presentia no latent sunt meliora q̃ que latent: quia tendunt magis ad veritatez. Et in hoc sunt meliora ⁊ maioris virtutis: propter qd ditari videtur esse magis bonum q̃ opinari: sine q̃ scire. sunt eniz diuitie magis sensibilia bona q̃ scientia. ℂ Ultima talis est. Quando his. i. aliquibus inest aliqd bonuz amabile solum his. i. alijs inest bonum tale cum alijs: ⁊ non solum vbi inuenitur solitarium: ibi magis bonum: quia est magis charū: ⁊ magis necessarium: ⁊ iō non equale damnum infert si quis excecauerit de vno oculo monoculum ⁊ habentem duos oculos: quia monoculo est ablatum quod ei erat amabile singulariter: propter quod illud est ei maximum damnum. ℂ Ultimo epilogat: q̄ fere dictum est ex quibus oportet persuasiones ferre: vel facere exhortando ⁊ dehortando.

Primum autem ⁊ principiū omnium ad posse persuadere: ⁊ bene consulere ciuitates: omnes accipere ⁊ vniuscu. usq3 consuetudies: ⁊ lria: ⁊ pferētia distiguere.

ℂ Postq̃ phs posuit elemēta ⁊ ppositōes de bono pferenti: vt de maiori ⁊ minori. hic dat vnam viā ad inueniendum talia circa aliud: aut annexum: vt circa possibile: possibilitas ⁊ impossibilitas in persuadendo dupliciter habet esse. Primo ex fine. Nam quia finis imponit necessitatem his: que sunt ad finem si volumus scire. vtrum per talia possumus persuadere isti ciuitati: vel nō possumus oportet nos scire finem eius. Et quia sm diuersas ciuilitates sunt diuersi fines: oportet nos accipere ciuilitates ⁊ vnamquāq3 ciuilitatem cognoscere. vnde cuz ciuilitates ⁊ vniuersaliter omnia moralia videantur reponi in sua specie potissime per finem: sic naturalia reponuntur per suas formas sicut in naturalibus ex formis ⁊ naturis eorum sumitur possibilitas ⁊ impossibilitas: ita ⁊ in deliberatiuo negocio ex fine debet sumi possibilitas ad psuadendum: sed talia habent esse ex moribus ⁊ consuetudinibus ciuium. Nam si sciuerimus mores ⁊ leges ciuiuz erimus magis potentes ad persuadendum eis. Duo ergo facit philosophus in hoc capitulo: quia primo premittit intentionem suam. Secundo exequitur de intento. Secunda ibi. (Persuadentur enim omnes). ℂ Dicit ergo pmo q̄ oium pncipio3 istud ē maximū ad posse psuadere: ⁊ bn̄ ɔsulere: accipe ciuilitates oēs: ⁊ distiguere ɔsuetudies vniuscuiusq3: siue leges: ⁊ et q̄ ɔferāt legib9 ⁊ ɔsuetudinibus. Deide.

ℂ Persuadētur enim omnes conferentes. Cōfert enim qd saluat ciuilitatē. Adhuc autē precipua quidē precipui enūciatio. Precipua autem diuisa sunt sm ciuilitates: quot enim ciuilitates: tot ⁊ precipua sunt.

ℂ Exequitur de intento. Et duo facit: quia primo ostendit q̄ opz distinguere ciuilitates ipsas. Scda ibi. (Sunt autē ciuilitates quatuor). ℂ Circa primum duo facit secundū q̄ dupliciter probat: q̄ cognoscere ciuilitates facit ad bene posse persuadere. Secunda ibi. (Adhuc autem precipua). ℂ Prima ratio talis. Omnes persuadentur conferentes quia quilibet eligit bona ⁊ conferentia. cōfert autem quod ciuilitatez saluat. Si ergo volumus posse persuadere: oportet nos scire distinguere ciuilitates: vt sciamus que saluant ciuilitates ⁊ que ciuilitatibus cōferūt. ℂ Secunda ratio talis. Adhuc preter rationem dictam enunciatio ⁊ cognitio finis: que principue ⁊ principaliter in quolibet est attendendus circa precipua ē principalis ad persuadendum. sed ipsa precipua ⁊ ipsi fines sunt diuersi secundum q̄ ciuilitates distinguuntur. Si ergo finis est precipua ⁊ principalis ad posse persuadere: cognitio ciuilitatis erit etiā precipua ad tale posse. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Sunt autem ciuilitates quatuor: democratia: olicratia: aristocratia: monocratia. Quare qd quidem dominatur: ⁊ qd iudicat. Hoz autem vtiq3 erit pars: aut totum horum.

ℂ Distinguit ipsas ciuilitates. Secundo cuilibet ciuilitati dat suum finem. Tertio concludit ex dictis: q̄ cognoscere consuetudines: ⁊ leges: ⁊ conferentia facit ad posse persuadere. Scda ibi. (Finē vtiq3). Tertia ibi. (Palā igit). ℂ Circa primū duo facit: q2 primo facit qd dcm̄ ē. Scdo diffinit vel notificat vnāquāq3 ciuilitatem. Secūda ibi.

(Est aūt democratia). Dicit ergo primo: ꝙ ciuilitates sūt quatuor: democratia: olicratia: aristocratia: ⁊ monarchia. Et quia quelibet ciuitatum denominatur a dominatiōe: vel a principatu: vt monarchia quasi principatus vnius: democratia quasi principatus virtutuꝫ: ⁊ sic de alijs. Ideo addit: ꝙ scire: qui dominatur in ciuitate: ⁊ quod ciuitateꝫ indicat: erit aliqua pars bonum: vel totum bonum: idest erit aliqua pars ad cognoscendum huiusmodi ciuilitates: vel potius erit totum: ꝙ potissima ⁊ tota cognitio ciuilitatum est per distinctionem principatuum. ¶ Dein̄ ⁊c.

¶ Est autem democratia quidem ciuilitas: in qua sorte distribuunt principatus. Olicratia auteꝫ in qua: qui i honorabilibus. Aristocratia autem in qua: qui ſm eruditionem. Eruditionem autem dico eam: que a lege positaꝫ. Qui enim manserint in legitimis: in aristocratia pricipantur. Necesse autem hos videri optimos. Unde ⁊ nomen accipit hec monarchia ſm nomen: in qua vnus omnium dominus est. Harum auteꝫ: que quidem ſm ordinem quendā regnum. Que aūt indeterminata tyrānis.

¶ Notificat ciuilitates: ⁊ quatuor facit. q; primo dicit qd est democratia. Secundo quid olicratia. Tertio quid aristocratia. Quarto quid monarchia. Secūda ibi. (Olicratia autem). Tertia ibi. Aristocratia autem). Quarta ibi. (Monarchia autem). Notificatur autē democratia: q; est ciuilitas in qua sorte distribuūtur principatus. Nam in tali ciuilitate dominatur totus populus: vl' quasi totus. Et quia vniuersaliter quilibet vult esse libere quodāmodo par alijs: ideo in ea honores ⁊ ciuilitates pariter diuidūtur sorte. Olicratia auteꝫ notificatur sic: quia est ciuilitas in qua qui fulgent honorabilibus dominant̄: quia in huiusmodi ciuilitate dominantur diuites: quibus potissime exhibetur honor. Aristocracia sic notificatur: q; est ciuilitas: in qua dominantur: qui sunt excellentiores ſm eruditionem: eruditionem dico eaꝫ positam: que est a lege. Nā qui manserint in legitimis in aristocratia dominant̄. naꝫ in tali ciuilitate dominantur prudentes. nō prudētes quocunqꝫ modo: sed in legalibus. ideo subdit: ꝙ necesse ē hos sic prudentes videri optimos in tali ciuilitate. Unde hec .i. ipsa aristocratia accipit nomen ab ipsa cognitione legalium. Nam si dicitur aristocratia principaliter virtutuꝫ: hoc est inquantum intentio legislatoris est inducere homines ad virtutes. Monarchia autem ſm ꝙ nomen designat est ciuitas in qua est vnus dominus omnium. Istarum autem ciuilitatum in quibus solus vnus dominatur illa: que est ſm originem quandam vt ſm origineꝫ debitam dicitur regiminum: vel regnatiua. Illa auteꝫ que est indeterminata: ⁊ caret tali ordine: dr̄ tyrānis. ¶ Deinde.

¶ Fineꝫ vtiqꝫ vniuscuiusqꝫ ciuilitatis nō oportet latere. Fingunt ꝙ ad finem. Est autem democratie quidem finis liberalitas. Olicratie autem diuitie. Aristocratie vero: que circa eruditionem ⁊ legitima. Tyrānidis aūt custodia.

¶ Assignat finem vnicuiqꝫ ciuilitati dicēs: ꝙ si volumus persuadere ⁊ bene consulere: oportet nos non latere fineꝫ vniuscuiusqꝫ ciuilitatis. ⁊ dicit causam: quia finem homines eligunt: quod est ad finem. ideo subdit: ꝙ finis democratie: in qua dominatur populus: ⁊ quilibet vult esse par alijs est libertas. Finis olicratie: in qua dominantur diuites sunt diuitie. Finis aristocratie: in qua dominātur eruditi ſm legem: sunt ea: que circa eruditionem: ⁊ legitima: vt ꝙ homines sint eruditi: ⁊ sciant legalia: ⁊ sciendo obseruent ea. Finis tyrannidis est custodia corporis: cōmoduꝫ proprium: quia tyrannus non intendit bonum subditorum sed bonum suum. ¶ Ad euidentiam dictorum notandū: ꝙ cum sex sint ciuilitates tres bone: regnatiua: aristocratia: ⁊ thimocratia: ⁊ tres male istis opposite vt tyrānia: olicratia: ⁊ democratia. Phūs tamen dicit hic ciuilitates esse quattuor: quia non fuit intentionis sue determinare de istis ciuilitatibus: nisi ratione diuersitatis finium: quia thimocratia ⁊ democratia quantum ad presens spectat: aliquo modo habent eundem finem inquantuꝫ vtrobiqꝫ quodāmodo intenditur libertas: ideo vt est presentis speculationis vna non ponitur in numero cum alia: sicut ēt regnatiua quodāmodo videtur respicere eundem finem cum aristocratia. q; si cum in aristocratia intenditur eruditio ſm legem: vt ciues eruditi in talibus obseruāt leges ⁊ fiunt virtuosi: sic intētio regni oꝫ inducere homines ad virtutem: adeo numerando fines ciuilitatuꝫ philosophus non assignauit finem regnatiue: sed tyrānidis. ¶ Possumus aliter dicere: ⁊ forte melius. Nam bonum est vno modo: malum auteꝫ multipliciter: ideo omnes boni quodāmodo concordant in fine: quia ponunt finem suum in bono secundum rationem: mali autem non sunt concordes: nec ponunt finem suum in vno bono. Unde ſꝫ ꝙ aliter ⁊ aliter sunt dispositi ſm appetitum: aliter ⁊ aliter feruntur in bonum: ideo omnes tres ciuilitates bone ſm ꝙ huiusmodi sunt: habent quodāmodo vnum finem: i quo in omni bona ciuilitate principaliter debet intendi bonitas ciuium. Male autem ciuilitates: que sunt tres habēt tres diuersos fines: ita ꝙ in vniuerso sunt quatuor fines: iō distinguit phūs q̄tuor ciuilitates. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Palam igitur: ꝙ ea que ad finem vniuscuiusqꝫ consuetudines: ⁊ legitima: ⁊ conferentia diuidēdū: siquidē eligunt ad hoc referentes.

¶ Concludit ex dictis legitima ⁊ cōsuetudines posse aliqd persuadere. Et duo facit: quia primo facit quod dictū est. Secundo adducit rationem q̄dam. Secunda ibi. (Quoniam autem non solum). ¶ Dicit ꝙ palam esse ex dictis diuidendum esse ea: que sunt ad finem ⁊ consuetudines ⁊ talia. quia debemus scire ⁊ diuidere ea que sunt ad fineꝫ ⁊ consuetudines vniuscuiusqꝫ: ⁊ legitima: ⁊ cōferentia ad ista. quia quicunqꝫ eligunt aliquid. eligunt ex eo: ꝙ referunt ipsum ad hoc .i. ad finem: ⁊ secundum diuersos fines sunt diuerse cōsuetudines: ⁊ diuerse leges: ideo si oportet nos scire diuersitatem finium inter ciuilitates consuetudinum ⁊ legum: vt simus potentes ad bene persuadendum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autem non solum persuasiones fiunt per demonstratiuam orationem: sed ⁊ per moralem: eo enim ꝙ apparet quale quidē hic dicentē credimus. Hic autem si bonus appareat: aut beniuolus: aut ambo oportebit vtiqꝫ mores vniuscuiusqꝫ ciuilitatuꝫ nos habere. Morem enim vniuscuiusqꝫ maxime persuasiuum necesse ad vnamquanqꝫ esse.

¶ Adducit rationem ad hec. ⁊ tria facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo docet nos cognoscere diuersitates nostrorum. Tertio epilogat. Secunda ibi. (Hec autem accipientes). Tertia ibi. (Que quidē igitur). Dicit ergo primo: ꝙ persuasiōes nō solū fiūt per demōstratiuā orōnē: siue ex parte rei: sed etiam fiunt per moralem sermonē

fiue per

tur per mores: vt ex parte loquentis: vt ex eo q̄ hic dicens apparet qualis quidam. Nam credimus dominātu si appareat nobis bonus: aut beniuolus: aut ambo. Et q̄ potissime nos apparem⁹ beniuoli et boni moris: ex eo q̄ scim⁹ nos conformare moribus ciuium: ideo vt possimus bene persuadere oportebit nos habere: siue scire vniuscuiusq̄ ciuilitatem: q̄ mores vniuscuiusq̄ maxime videmus persuasiuum esse: necesse est ad persuadendū vnumquodq̄ siue ad vnamquāq̄ persuasionem faciendā esse nos sciētes talia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hec autem accipientur per eosdē locos: mores quidem manifesti s̄m electionem: electio autem refertur ad finem.

¶ Dicit p illos eosdem locos .i. per illā eandē viam: et per eadem documenta per que accepimus esse diuersas ciuilitates. Naz sicut per diuersos fines sunt ciuilitates diuerse: et alie et alie saluant aliam et aliam ciuilitatem. Iterum s̄m diuersos fines sint leges: et consuetudines: et mores diuersi: adeo subdit: q̄ mores sunt manifesti s̄m electionē. electio aūt refertur ad finem: ideo s̄m diuersos fines sūt diuersi mores. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Que quidem igit̄ oportet affectare exhortātes vt futura: aut existentia: et ex quibus oportet conferentes persuasiones accipere. Adhuc aūt de his: que s̄m ciuilitates moribus et legitimis: per que et qualiter abundabimus inquantum cōmensurabile erat presenti tpi diximus: dictum .n. est diligenter in politicis de his.

¶ Epilogat dicens: nihil ex dictis esse: que exhortantes opz affectare: tanq̄ existentia .i. tanq̄ presentia: et que tanq̄ futura: vt per presentia futura adipiscamur: et etiam dictum est: ex quibus oportet accipere persuasiones conferentes .i. de conferenti et bono. Adhuc aūt per que .et qualiter habebimus de his moribus: et de his legitimis: que sunt s̄m ciuilitates exquisite distinguere non est presentis speculationis: quia dictum est diligenter de his in politicis.

Post hec aūt dicamus de virtute et malicia: et turpi et honesto: isti enim fines laudanti et vituperanti.

¶ Superius determinauit ph̄s de negocio deliberatiuo. hec determinat de exclamatiuo. Et duo facit: q̄ p̄ p̄mittit q̄dā preambula ad propositū. Secūdo exequitur de intento. Secunda ibi. (Honestum quidem igitur est). ¶ Circa p̄mū tria facit: q̄ primo p̄mittat se ad dicendā. Scdo ostēdit vtilitatem huius tractatus. Tertio manifestat necessitatem eius. Secunda pars ibi. (Accidet aūt simul). Tertia ibi. (Qm̄ aūt accidet sine studio). Dicit ergo primo: q̄ post h̄ .i. post q̄ determinauimus de deliberatiuo negocio: dicamus de virtute et malicia: et de turpi et hōesto: quia isti sūt fines laudan. et vituperan. et circa ista versatur exclamatiuum negocium: de quo intēdimus tractare. ¶ Dein. c. d.

¶ Accidet aūt simul de his dicentes: et illa facere: ex quibus quales quedam extimabimur s̄z morem: q̄d erat secūda persuasio et eisdē nos et aliū fidedignū poterimus facere ad virtutē.

¶ Ostendit istum tractatum esse vtilē: dicens: q̄ dicētes de hiis que pertinent ad exclamatiuum negociū accidet simul et facere illa .i. ostēdere illa: ex quibus extimabimur quales quidem sermones: q̄d erat secunda persuasio: nā dictum fuit supra persuasionem fieri tripliciter: ex parte rei per enthimemata: ex parte dicētis propter mores. ex parte audientis per passiones. vide in secūdo libro vbi determinatur de persuasione sumpta ex parte dicentis remittit nos ph̄s ad istud caplm. Dat aūt causam dicti dicēs: q̄ ex eisdem possumus facere nos et alium dignū fide s̄z virtutem in quo apparet magna vtilitas huius tractatus: q̄ non solum ex eo scimus laudare et vituperare alios: quod pertinet ad rhetorem. Sed cum hoc poterimus ostēdere nos et alios dignos fide: quia hominibus virtuosis et morigeratis fides adhibetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autem sine studio et cum studio laudare sepe non solum hominem: aut deū: sed inanimata et aliorum animaliū quodcūq̄ eodem modo: et de hoc accipiēde ꝓpositiōes. Quare q̄ntū exēpli grā dicamus et de his.

¶ Ostendit istum tractatum esse necessariū. ¶ Ad cuius euidentiam notandum: q̄ quotienscunq̄ contingit aliqd fieri sine studio: vt quia fit a casu: et cum studio: vt q̄ fit ex experientia et cōsuetudine: semper in tali negocio necessaria est ars: que ea dirigat: sicut supra ostendit ph̄us: q̄ contingebat persuadere a casu: et a cōsuetudine. Ostēdit q̄ cōtingebat ipsa per artem dirigere. hoc est ergo q̄d ait: q̄ accidit sepe laudare cū studio et sine studio: non solū hoiem aut deū. vt intellectualia: aut irrōnalia: sed inanimata et vnum quodq̄ aliorū animalium: ideo necessaria est ars de tali negocio: adeo subdit: q̄ eodem modo sicut accepimus propositiones de deliberatiuo: accipiende etiā sunt propositiones de hoc .i. de exclamatiuo. Et dat modū qualiter intendit de hoc determinare dicens dicamus de his: que pertinent ad tale negocium: q̄ntū permittit gratia exēpli: hoc etiā figuraliter et superficialiter: siue sūmarim: vt habet alia littera: q̄ nec spectat ad rhetorem exquisite: et per causam incedere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Honestum quidem igitur est quodcūq̄ propter se existens laudabile est: aut quodcūq̄ bonum existens delectabile est: q̄ bonum. Si autem hoc honestum ē necesse virtutem eē honestum: bonum enim existens laudabile est.

¶ Exequitur de intento. ¶ Circa quod notanduz: q̄ sicut in deliberatiuo negocio ph̄s docuit nos cognoscere consiliabilia: de quibus deliberamus: et fines per quos exhortamur: et postmodū ꝓpositiones et elementa tam de fine deliberatiui q̄ de hisque fini annectuntur: sic hic prius docet nos cognoscere qd sit honestū: et similr q̄ sunt pertinētia ad honestatē: circa q̄ fiunt laudes et vitupia. Scdo docet nos formare ꝓpositiōes et elementa de laude et vitupio q̄ de his annexis. Scda ibi. (Qm̄ āt signa et talia. ¶ Circa p̄m duo facit: q̄ p̄ diffinit qd est honestū: q̄ vtus et ptes virtutis: et ea que hnt ordinē ad virtutē et honestatē generare: manifestat q̄ sunt talia. Scda ibi. (Virtus aūt est). In diffiniēdo honestū ponit duplicē descriptionē eius dicēs: q̄ honestū est quodcūq̄ propter se eligibile laudabile existens. ¶ Secūda talis. Quia honestum est quodcunq̄ existens bonum est delectabile: quia bonum si hoc est honestum: vt diffinitum est: necesse est esse virtutem quid honestum. cū virtus sit existens bonum et laudabile. ¶ Ad intelligentiam dictorum notandum q̄ honestum dupliciter potest accipi. p̄º s̄m se. 2º p̄ cōparatiōē ad nos. Scdz se acceptū hōestū ē p̄p se eligibile: q̄ nihil ē honestū p̄ se: q̄d nō habet in se vnde eligatur. Sed si honestū comparetur ad nos: vel ad eos: quos habet delectare: sic honestum est bonum

inducens delectationem: qz bonum fm se: nam mala fm se non sunt delectabilia. Sed si aliquis delectatur in eis: hoc est: qz aliquis habens appetitum corruptiuum male cõformatur: qz qualis vnusquisqz est: talis sibi finis videtur. Honesta aũt de se sũt talia .i. delectabilia: pp qđ appa ret sufficientia diffõnum assignatarũ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Uirtus autem est quedam potentia vt videtur acquisitiua bonorum: τ seruatiua. Et potentia benefactiua multorum: τ magnorum: τ omnium circa omnia.

¶ Ostendit quid sit virtus: τ quid partes eius: τ que habẽt ordinem ad virtutem. Ideo tria facit. Secũda ibi. (Partes aũt virtutis). Tertia ibi. (De alijs aũt difficile). Dicit ergo primo: φ virtus est quedã potentia: que vt videtur i. manifeste est acqsitiua bonorum τ φseruatiua: qz per virtuté acqrimus honoré τ gloriam: τ multa bona. τ est etiaz virtus potentia benefactiua multo℞ τ magno℞ qũtuz ad opera eius: qz virtus semp est circa arduum τ difficile. ita φ hec virtus est circa hec magna: illa vero circa illa. Uirtus autem omnium .i. virtus simpliciter sumpta est circa omnia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Partes autez virtutis: iustitia: fortitudo: tẽperantia: magnificẽtia: magnanimitas: liberalitas: mansuetudo: prudentia: τ sapientia.

¶ Determinat de partibus virtutis. Et tria facit: qz primo distinguit partes virtutis. Secundo comparat eas adinuicem. Tertio diffinit vel notificat vnamquanqz illaruz partium. Secunda ibi. (Necesse autem maximas). Tertia ibi. (Adhuc aũt iustitia). Dicit ergo primo: φ ptes virtutis sunt iustitia: fortitudo: τ temperantia qũtum ad virtutes morales: cardinales: magnificentia: magnanimitas: liberalitas: mansuetudo qũtum ad virtutes aliquas morales: prudentia: τ sapientia qũtũ ad intellectuales. ¶ Deĩde.

¶ Necesse autem maximas esse virtutes eas: q̃ alijs honoratissime: siquidem est virtus potẽtia benefactiua: ppter hoc fortes τ iustos maxime honorant: hec quidẽ eniz in bello: hec autem τ in bello τ in pace vtilis ipsis. Deinde liberalitas: emittunt .n. τ non alterãtur de pecunijs: maxime quas appetunt alij.

¶ Comparat huiusmodi virtutes adinuicem. Nam si virtutes sunt honeste τ honorabiles: qũto sunt magis honorabiles: tanto sunt maiores virtutes: propter qđ necesse est maximas virtutes esse eas: que sunt honorabilissime alijs virtutibus: qz si virtus est potentia benefactiua: τ ex beneficijs quis honoratur: oportet esse proportionem virtutis adinuicem fm φ sunt magis τ minus honorabiles: ideo subdit: φ fortes τ iustos maxime homines honorant: qz si hoc .i. fortitudo est vtilis τ benefactiua in bello. hec aũt .i. iustitia est vtilis ipsis ciuibus i pace τ bello. Deinde autem post dictas virtutes est honorabilis liberalitas: quaz aliqui maxime appetunt. Uidentur ergo he tres virtutes quodãmodo alias morales excellere: quia magis benefactiue. ¶ Aduertendum tamen. φ ab hac cõmendatione non excluditur magnificentia: cum magnificus sit maxime pecuniarum emissiuus: nec excludit̃ magnanimitas cũ operet̃ magnus circa singulas virtutes. ¶ Deinde τc̃.

¶ Adhuc autem iustitia quidez est virtus: pp quam que sua singuli habẽt vt lex pcipit. Iniustitia autẽ: pp quã aliena: nõ vt lex pcipit. Fortitudo aũt: ppter quaz actiui sunt bonorũ operum in periculis: vt lex precepit: τ obsequentes legi. Timiditas aũt contrarium. Temperantia est virtus: propter quã ad delectatiões corporis ita se habent: vt lex precepit. In continentia autem contrarium.

¶ Notificat huiusmodi partes virtutum. Et duo facit: qz primo notificat virtutes morales. Secũdo itellectuales. Secunda ibi. (Prudentia autem est). ¶ Circa primum duo facit: quia primo notificat virtutes: que cõmuni noie dicuntur cardinales. Secundo notificat alias. Secunda ibi. (Liberalitas autem). ¶ Circa primum tria facit fz φ virtutes morales cardinales tres sunt. quia primo notificat quid est iustitia τ eius oppositum. Secundo quid fortitudo. Secunda ibi. (Fortitudo autem). Tertia ibi. (Temperantia autem). Dicit ergo primo: φ adhuc preter ea: que diximus de iustitia: notificemus ipaz: ideo ait: φ iustitia est virtus: propter quaz singuli habent que sua sunt: vt lex precipit. Iniustitia autem est eius oppositum: propter quod habentur aliena: nõ vt lex dicit. Postea notificat fortitudinem: que est virtus: propter quam in periculis homines sunt actiui bonorum operum: vt lex precipit: τ propter eã ciues sunt obsequentes τ obedientes legi. Timiditas aũt est cõtrariũ eius. Postea notificat tẽperantiam dicens: φ temperantia est virtus: ppter quaz hoies sta se habent ad delectatiões corporis vt lex pcipit. In cõtinentia aũt est õtrium eius. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Liberalitas autem circa pecunias benefactiua. Illiberalitas autem contrarium. Magnanimitas aũt virtus factiua magnorum beneficiorum. Pusillanimitas aũt contrariuz. Magnificẽtia autem virtus in expensis magnitudinis factiua. Pusillanimitas autem τ paruificentia contrarium.

¶ Notificat virtutes morales nõ cardinales. Et tria facit fz φ sunt tres hõ virtutes: q̃s notificat: qz p̃ notificat liberalitaté τ eius oppositũ. Scđo magnanimitaté: τ ei⁹ oppositũ. Scđa ibi. (Magnanimitas aũt). Tertia ibi. (Magnificẽtia aũt). Snia ptũ pz legendo lrãm. ¶ Deĩde. c.

¶ Prudentia autem est virtus intellectiua: fm quam bene consiliari possunt de bonis τ optimis dictis ad felicitatem: τ de virtute quidem igitur τ̃ malicia vniuersaliter: τ de partibus dictum est fm presens tempus sufficienter.

¶ Notificat quid est prudentia dicens. φ est virtus intellectus .i. intellectualis. fm quam homines possunt bñ consiliari de his que dicuntur optima: τ bona ad felicitatem. Epilogat autem dicens: φ de virtute τ de malicia vniuersaliter: τ de partibus eius dictum est fm φ presens tẽpus sufficienter habet .i. qũtũ spectat ad pñs negociũ. ¶ Deĩ.

¶ De alijs non difficile videre. Manifestum enim: φ necesse factiua virtutis eẽ bona: ad virtuté enim: τ que a virtute fiunt: talia aut signa virtutis τ opera.

¶ Postq̃ determinauit de virtute τ partibus eius. hic determinat de his: que habent aliquem ordinez ad ips. Que autem ad tria genera reducunt̃: quia quedam sunt cause virtutis τ factiua eius: vt opera que virtutem precedunt: quedaz que sunt effectus virtutis: τ opera eius vt actiões τ opera

⁊ opera eius: vt ipsam sequuntur: quedam autem sunt signa animus. vt delectationes ⁊ talia: quia signum generati habitus est delectationem ⁊ tristitiam fieri in opere. Hec autem omnia de leui manifestantur: si sciuerimus: que est virtus: ⁊ que partes eius: ideo aitque de aliis. i. de his: que habent ordinem ad virtutem: non difficile est videre: quia est necesse facta virtutis esse bona: quia talia habēt ordinem ad virtutem sicut cause: ⁊ necesse est etiā signa ⁊ opera virtutis: que sunt a virtute etiam esse bona.

Quoniam autem signa: ⁊ talia que cūqz sunt bona opera: aut passiones honeste: necesse quecūqz fortitudine: opera autem signa fortitudinis: aut fortiter acta bona eē: ⁊ iusta: ⁊ iuste acta: passiones autem non. In sola enim hac virtutum non semper: qd iuste honestuz est: quin potius damnificari turpe qd iuste magis q̄ qd iniuste: ⁊ fm alias virtutes eodem modo.

Superius notificauit phus: que sunt laudabilia: siue ostendit quid est honestum: ⁊ quid virtus ⁊ partes eius. Hic autem docet sumere propositiones ⁊ elementa circa talia: ⁊ circa eius annexa: ideo duo facit: qz primo ponit propositiones circa ipsa laudabilia. Secundo circa annexa eius. Secunda ibi. (Et in quibus bonorum). Circa primū duo facit fm qd ponit duas tales propositiones. Secunda ibi. (Et in quibus). Prima cōsideratio talis est. Qz signa virtutum: ⁊ quecunqz talia ad virtutem ordinātur: vt ad bona opera ⁊ passiones honesta sunt laudabilia. Et qz vniuersaliter q̄ habent ordinem ad virtutem laudabilia sūt. ideo necesse est qd quecunqz sont opera fortitudinis: ⁊ fortiter acta bona esse ⁊ iusta. ⁊ iuste acta ita bona esse. Refert tria de iustitia ⁊ de aliis: quia passiones iuste non sunt bone: qz in sola hac virtutum vt in iustitia non semper qd iuste sit: honestum est vel pulchrum. Nam potius est turpe damnificari ⁊ sustinere penam iuste q̄ iniuste. Et fz alias virtutes eo modo dicendum est: qz que habent ordinē ad eas laudabilia ⁊ honesta sunt. Ad intelligentiaz dictorum notandum qd est hic quedaz vniuersalis propositio: qd quia virtus est honesta ⁊ laudabilis: quicquid habz ordinem ad virtutem. vel quicquid est etiam virtuosum est etiam laudabile ⁊ honestum. ⁊ etiam si accipitur ppositio vt debet in nullo habet instantiam: tñ videtur quandā apparentiam habere instantia in iustitia: quia iustum est aliqñ aliquē suspendi: suspensio tñ nō est pulchra: neqz honesta. imo adeo videtur vituperabile esse aliquē: si suspenderet iniuste: sicut si suspenderet iuste. nā si suspensio iniusta pulchra: ⁊ honesta esse potest. Aduertendum ergo qd si virtuosa debent esse pulchra ⁊ honesta sunt talia put habent ordinem ad eum in quo est virtus. Et quia in eo qui iniuste suspenditur: non est iustitia sed iniustitia: ideo accidit: qd si est iustum. scdm qd iustuz esset turpe hic. si qd iustum dicitur per comparationem ad illum: in quo est iustitia: semper est pulchrum ⁊ bonum: ideo suspensio est latronis iusta. licet per comparationem ad ipsum sit turpis: quia in eo est iniustitia: per comparationem ad iudicem: in quo iustitia est: talem sententiam dando: est honesta et pulchra. Deinde cum dicit.

Et in quibus prima bonum honestas.

Ponit aliam consideratiouem. quia illa sunt laudabilia: in quibus sunt pecunia ⁊ honor: vel ex quibus talia fiunt: quia in eis hz esse honestas. Deinde cū dicit.

Et in qbus honor magis q̄ pecunie. Et quecunqz non sui gratia agit quis eligibilium. Et que simpliciter bona quecunqz pro pria quis fecit negligens suum.

Postq̄ posuit cōsiderationes de laudabilibus: ponit cōsiderationes de annexis vt autem superius dicebat: duo sunt annexa cuilibet negocio. s. maius ⁊ minus: possibile ⁊ impossibile. Ideo duo facit: quia primo ponit cōsiderationes de maiori ⁊ minori. Secūdo de possibili ⁊ impossibili. Secunda ibi. (Sumendum autem ⁊ propinqua existētibus). Circa primuz quatuor facit: qz primo venatur considerationēs de maiori ⁊ minori laudabili per comparationem ad ea: que sequuntur ex operibus nostris: p que meremur laudem. Secundo facit hoc per comparationē ad ipsum bonum fm se. Tertio per comparationē ad verecundiaz: que opponitur bono. Quarto per cōparationē ad memoriam: que consurgit ex magnitudine boni. Secunda ibi. (Et que non bono). Tertia ibi. (Et contraria autem in quibus. Quarta ibi. (Et memorabilia). Circa primum ponit tres considerationes habentes se per ordinem. Secunda ibi. (Et quecunqz non sui). Tertia ibi. (Et que bona simpliciter). Prima consideratio talis. Ea in quibus acquiritur honor sūt magis laudabilia. qm̄ non aquiruntur pecunie. Est enim honor inter omnia bona exteriora maius: ⁊ ideo magis laudabile. Secunda ratio. Quecūqz de numero eligibilium agit quis: non sui gratia sūt magis laudabilia q̄ que agit gratia sui. Hec autem consideratio sequitur ex prima: qz in talibus ē magis honor. Tertia talis. Omnia bona simpliciter: que quis fecit pro patria negligens qd suum. i. negligens proprium cōmodum sunt magis laudabilia. qm̄ alia ratio huius ē ex dictis p3: qz in talibus hz eē magis honor. Dein̄ ⁊c.

Et que natura bona: ⁊ que non ipsi bona. ipsius enim gratia talia. Et quecunqz mortuo contingit inesse magis q̄ viuenti. Quod enim non sui gratia magis habent q̄ viuentia. Et q̄cunqz opera aliorum gratia: minus. n. sui. Et quecūqz bone actiones circa alios: sed non circa se ⁊ circa eos: qui benefecerunt. Iusta. n. ⁊ beneficētia: non enim ad seipsum.

Docet nos cognoscere magis laudabilia ex ipso bono fz se: siue ex ipsa natura boni. Et ponit quinqz consideratiōnes se habentes per ordinem. Secunda ibi. (Et que no ipsi). Tertia ibi. (Et quecunqz mortuo). Quarta ibi. (Et q̄cunqz opera). Quinta ibi. (Et quecunqz bone actiones). Prima consideratio talis. Quecunqz sunt natura ⁊ fz se bona sunt magis laudabilia. Et est ratio: qz in omni genere: quod est secundum se tale: est magis tale. Secunda talis. Que non sunt bona ipsi idest bona simpliciter sūt magis bona. Et subdit causam. quia talia. i. bona fm quid sunt bona gratia ipsius. i. gratia desiderantis ipsa. Est ergo iste modus: qd bona isti vel illi sunt bona fz quid. ergo ab opposito bonum fm se: siue bonum non isti aut illi ē bonum simpliciter: quod excedit bonum fm quid. Hec aūt consideratio sequitur ex prima: qz bona simplr sunt bona fm nām. Tertia talis. Bona que cōtingunt eē mortuo sunt magis laudabilia q̄ q̄ cōtingunt esse viuēti. Nō enim laudamus mortuos fz qd bona isti vel illi: qz mortui fz vitā politicā nō remanēt nisi i memoria boiu: iō talia bōa nō pnt ei cōpetere: fz laudamus mortuos fm bōa simplr: ideo aitqz bona: que sunt sui grā. i. bona isti vel illi magis habent: que sunt viuentia. Nam cum talia sint in rerum

natura ꝑpter corruptionē appetitus aliqua sunt bona eis: que non sunt bona simplr: ex quo apparet hanc tertiā cōsiderationē sequi ex secūda. ¶ Quarta talis. Quecūq; fiūt gra aliorum sunt magis laudabilia. ꝛ subdit cām: qꝛ talia sunt minus gratia sui: ꝑpter qḋ hec quarta ꝯsideratio sequtur ex tertia: vel ex secūda. ¶ Quīta ꝯsideratio seqtur ex quarta. Nā cū amicus sit alter ipse ꝛ benefactor vr̄ habere rōnem amici: bone actiones: q̄ fiunt circa alios: ꝛ circa extraneos sunt magis laudabiles q̄ⱥ ille: que fiunt circa se ipsos. ꝛ circa eos: q benefecerunt: qꝛ benefactores nostri ꝛ amici sunt quasi alteri nos ideo subdit ꝙ bn̄ficentia iusta ꝛ laudabilis non est ad seipsum. ¶ Ad intelligentiam dictoꝝ notandū: qꝛ rhetor argūt ꝑsuasibiliter: ꝛ ex qbusdaꝫ qbus pōt vnaꝫ ꝛ eandē maximā accipere: ac si essent due maxime: in quā reducit eā ī diuersas cās ꝑsuasiuas: vt opari non gr̄a sui: sed alterius pōt esse vna ꝯsideratio: qḋ ostēdit sic: qa magis laudabile ē anq̄ⱥtū ꝑ h̄ ꝯsurgit maior honor. Et pōt eē ꝯsideratio alia inq̄ⱥtum istud est bonuꝫ simpliciter: aliud aūt est bonū huic vel illi. Propter qḋ non ē mirandū: si eandem ꝯsiderationē vr̄ phs ponere plures: qꝛ nō ponit eā plures: nisi reducat in plures cās persuasiuas. ¶ Iterū notandū: ꝙ qꝛ rhetoris nō est demōstrare h̄ sed scḋm quēdam modū supficialē incedere: sufficit ꝑpositionē habere q̄ⱥdam apparentiā ad hoc: ꝙ cōsideratio sit rhetorica: ꝛ benefacere extraneis vr̄ opus magis liberale q̄ⱥ bn̄facere benefactoribus: cū magis teneamur istis q̄ⱥ illis. Cū ergo liberalius videat̄ laudabilius bonū ē ista ꝯsideratio rhetorica: ꝙ benefacere extraneis est laudabilius q̄ⱥ bn̄facere nobis ꝛ ꝑpinqs siue bn̄factoribus: dato ꝙ h̄ non sit veꝝ simpliciter. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et cōtraria: in quibus verecūdant̄. Turpia enim verecundantur: ꝛ dicentes: ꝛ facientes: ꝛ facturi. Quemadmoduꝫ Sapho fecit dicē te Alceo. Volo aliqd dicere: sed ꝑhibet me verecundia: verecūdie bonorum desiderabile: ꝛ ne quid diceret̄ malū: lingua turbabatur verecūdia: qꝛ nō hꝫ oculos. Sed dicis elamādo de ꝑprio iusto. Et de quibus agonizant nō timētes. de his. n. que ad gloriam fere bonoruꝫ hec patiuntur. Et natura magis studiosorū: virtutes magis hōeste ꝛ opa: puta viri q̄ⱥ mulieris. Et que fruitiue alijs magis q̄ⱥ sibi. Propter quod iustū ꝛ iustitia honestū puniri magis ꝛ non cōmutari. Retribuere. n. iustum. iustum aūt honestū. Et virile etiaꝫ vinci: ꝛ victoria: ꝛ honor honestorum: eligibilia. n. cū sint infructuosa ꝛ excellentia virtutis insinuant.

¶ Venatur consideratiōes sumptas ex ꝯ̄rio boni: siue ex verecundia. q̄ vr̄ hr̄e aliq̄ⱥ oppositionē ad bonū. Et ponit sex ꝯsiderationes se hn̄tes ꝑ ordinē. Scḋa ibi. (Et de qbꝰ agonicant). Tertia ibi. (Et nā magis). Quarta ibi. (Et q̄ fruitiue). Quinta ibi. (Et hostes puniri). Sexta ibi. (Et virile nō vinci). ¶ Prima ꝯsideratio ꝯ̄ria malis: vꝫ ꝯ̄ria eis: ī qbꝰ hoīes verecūdant̄ sūt magis laudabilia. Et subdit cām: qꝛ dicentes ꝛ facientes: ꝛ facturi turpia verecūdātur. Et si de turpi est verecūdia. q̄ de opposito erit laus. Et ponit exemplū de altero dicente. i. recitante ꝛ referēte qḋ Sapho dicebat. Dicebat. n. Sapho. Volo aliqd dicere: sꝫ ꝑhibet me verecūdia. nā verecūdie sunt de genere bonorum: ꝛ sunt quid desiderabile: qꝛ per verecūdiaꝫ vitamus malum: ideo subdit: ne diceret̄ quid malū: trahebatur lingua ꝑpter verecūdiam. Nā homo verecūdus dr̄ non hr̄e oculos: qꝛ non potest eos eleuare ad malefaciendū: verecundia ꝯfusus: sed de ꝑprio iusto: siue de bono non est verecundia: ꝛ ō talia: que de se verecūdia carēt laudabiliora sunt. ¶ Scḋa talis. Illa sunt laudabiliora: de qbus hoīes non timentes agonicant. Et subdit cām: qꝛ hoīes patiūtur hoc solum de his: que sunt de numero bonoꝝ: q̄ bona sūt ad gloriā ꝛ ad laudē: qꝛ cōiter nunq̄ⱥ hoīes manifeste pugnant ad obtinendum aliquid: pro quo debeant verecūdari: ꝑpter quod apparet hanc considerationem sequi ex prima. ¶ Tertia cōsideratio talis. Opera ꝛ virtutes magis studiosoꝝ natura. i. melioꝝ naturalr sunt magis honeste ꝛ laudabiliores: vt puta: qꝛ viri naturaliter sunt meliores q̄ⱥ mulieres: opera ꝛ virtutes viroꝝ sunt meliora q̄ⱥ mulierum. Hec enim consideratio sequit̄ ex dictis: ꝙ minus verecundamur: eo ꝙ facimus opera meliora q̄ⱥ aliorum. ¶ Quarta talis. Res que sūt fruitiue alijs sūt magis laudabiles: q̄ⱥ que sunt fruitiue sibi: ideo iustū ꝛ iustitia sunt magis honestū ꝛ magis laudabile q̄ⱥ ꝯ̄ria: qꝛ iniustus querit fruitiua sibi. i. ea: de qbus ipse habeat fructuꝫ. ideo nollet: ꝙ alius haberet fructū nisi ipse: sed per iustitiā: quilibet possideret qḋ suuꝫ est: vult quis filios habere fructū de suis rebus: hec etiam consideratio sequitur ex dictis: qꝛ in talibus minor verecundia. ¶ Quinta talis. Puniri hostes est magis laudabile q̄ⱥ cōmutari: qꝛ qs dꝫ facere vindictam de inimico: ꝛ non dꝫ facere ꝙ redimatur. vn̄ subdit cām huiꝰ: ꝙ retribuere vindictam in hostibus est iustum. Et qꝛ iustum est honestum ꝛ laudabile: vt dictū est. ideo talia laudabiliora sunt. ex quo apparet hanc quintaꝫ maximam sequi ex quarta. ¶ Sexta talis. Qꝛ virile: siue se habere viriliter non permittēdo se vinci est magis laudabile. qꝛ victoria ꝛ honor sunt de genere honestoꝝ ꝛ laudabilium: ꝛ subdit. ꝙ talia sunt magis eligibilia: quia cū sint infructuosa insinuant excellentiam virtutis: ꝛ iō maxime laudabilia. Ex quo apparet etiam hanc maximam sequi ex dictis: qꝛ non fructifera: vt ostensum est: laudabiliora sunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et memorabilia ꝛ magis que magis: ꝛ que non viuenti assequūtur: ꝛ honor assequet̄: ꝛ q̄ superflua: ꝛ que soli existūt magis honesta: facile memorabiliora. n. ꝛ possessa ifructuosa: liberaliora enim. Et que apud singula singularia honesta: ꝛ quecūqꝫ signa sunt eoꝝ: q̄ apud singulos laudantur: puta in Lacedemonia comam ferre honeste: liberi enim signum. Non enim est facile comatum facere nullum opus vile: ꝛ nullaꝫ arteꝫ manuualam operari: liberi enim non ad aliud viuere.

¶ Venatur quinqꝫ cōsiderationes sumptas ex memoria: que consurgit ex magnitudine bonitatis: qꝛ q̄ⱥto aliq̄ maiora sunt: tanto magis habentur in memoriam: circa hanc partem duo facit: qꝛ primo premittit considerationem: qꝛ memorabilia sunt magis laudabilia: ꝛ magis memorabilia: que magis laudabilia. Secundo venatur cōsiderationes alias: que sequuntur ex ista. Scḋa ibi. (Et que nō viuenti). Considerationes autem hec sunt sex: ideo sex facit. Scḋa pars ibi. (Et que superflua). Tertia ibi. (Et que soli.) Quarta ibi. (Et possessa). Quinta ibi. (Que apud.) Sexta ibi. (Et quecunqꝫ signa). ¶ Prima consideratio talis. Bona que sequuntur non viuenti: siue bonū mortuis vt habet alia litera: qꝛ non viuenti assequitur: maius bonum bono

[illegible] bonis. sed maius bonū est magis laudabile: q2 si ma[illegible] bonū ē ⁊ bonoꝛ assequit̄ supple maioꝛ. ¶ Scḋa talis. Et q̄ sunt superflua: vtputa bona p̄ter necessitatē vite sunt magis laudabilia. ¶ Tertia talis. Que soli existunt sunt magis honesta: q2 magis faciunt ad statū honoris. vnde sunt magis laudabilia. Et subdit causam dictoꝝ: q2 talia sunt facile memorabilia alijs: q2 de facili plus habent in memoria q̄ alia. Ex quo vult habere: q2 ꝯsiderationes iste: que magis sūt in memoria: laudabiliores sūt. ¶ Quarta talis. Q2 possessa ⁊ fructuosa sunt magis laudabilia. ⁊ subdit cām: q2 talia liberaliora sunt. Nā vt supra habitū fuit: vtilia sunt fructifera: infructuosa aūt siue nō fruibilia sunt liberalia. Posset hec consideratio reduci in cōsiderationē de memoria: q2 bona liberaliora sunt magis admiratiōe digna: ⁊ ita memorabiliora. ¶ Quinta cōsideratio est. Q2 apud singulos sunt singularia honesta. siue singularia bona. i. magis verecunda sunt magis memorabilia. ¶ Ultima cōsideratio talis est. Quecūq2 sunt signa eoꝝ: que apud singulos laudantur: sunt magis laudabiliora q̄ magis veneranda: ⁊ magis digna memoria. Et pōit exēplū dicēs: puta in Lacedemonia comā ferre honeste: est laudabile multū: erat eni apud illos comā honeste ferre signū rei laudabilis: vt signū libertatis. io addit q2 nō est facile comatū facere aliqd opus vile: siue aliquod opus mercenariū: vt habēt alij: nec ē facile huiꝰ comatū operari vllā artē manualem. hoc est artē mercenariā: quia liberi nō est viuere ad aliū. Ideo artes viles talibus non competunt.

Sumendum ⁊ propinqua existentibus tanq̄ hec existentia ad laudem ⁊ vituperium: puta pudicū: ⁊ qui bone frigiditatis timidum: ⁊ insidiatorem: ⁊ miserum dulcem autē: qui dolenda non sentit: mansuetū: Et vnūqdq2 aūt ex assequētibus semꝑ fz optimum: puta iracundum ⁊ inanimatū simplicē: ⁊ elatum magis docentem: ⁊ reuerendum.

Ex quibus quidē igitur op3 et exhortari et dehortari: et vituperare et laudare: et accusare et defendere: et q̄les sumere propositiones viles ad horum persuasiōes hec sunt. De his: et ex his enthimemata dicuntur: vt puta vnumquodq3 ē dicere propter genus sermonum.

¶ Qm̄ vt supe' dicebat' p̄suasio h3 fieri tripl'r. P̄mo ex p̄te orōnis. Scdo ex p̄te dicentis. Tertio ex p̄te auditoris. fini to p̄ libro: in quo determinat' de p̄suasiōib' ex p̄te orōnis s̄m vnūq̄dq3 genus sermonū. hic incipit scds liber: in quo determinat de p̄suasiōibus: vt h̄nt fieri ex p̄te dicentis: et ex p̄te auditoris. Et duo facit p̄o. nā3 in p̄a p̄te resumit hec: meterij q̄ determinata sunt in p̄ lib. q̄tū ad p̄suasiōes artificiales ex p̄te orōnis. In scda vo inuestigat q̄ sunt determināda in h̄ scdo q̄tū ad p̄suasiones ex p̄te dicētis: et ex p̄te auditoris. Scda ibi. (Qm̄ aūt q̄ra). Dicit ḡ q̄ dcm̄ ē in p̄ libro ex q̄b' o3 exhortari et dehortari quantū ad negociū deliberatiuū: et vituperare et laudare q̄tū ad epdemonstratiuū: et accusare et defendere q̄tū ad disceptatiuū. Uel ex q2 non in disceptatiōe ē aliqs accusans: q̄ opponit et aliqs ōfendēs: q̄ p̄ponit ꝯ oppositaōi addit: q̄ q̄les sūt inic et opponēs: vt h3 alia littera q̄tū est ex parte accusantis et propositiōes

quantum est ex parte defendentis utiles ad persuasiões eorum: que dicuntur in disceptatione: hec sunt: que dicte sunt in primo: vel aliter quales sunt sniç quantum ad psones et propositiones quantum ad premissas utiles ad hoc persuasiones hec sunt: que dicte sunt in primo libro: vel per snias possumus intelligere ingredientia principia enthimemata sm virtutem: per propositiones vero ea: que ingrediunt sm substantiã. Prima tñ expositio magis valet: quia magis concordat alij littere. ¶ Addit aũt q de his et ex his: que dcã sũt in primo libro: dicuntur eẽ enthimemata circa vnũquodque vt est dicere. i. vt conuenit dicere propter genus sermonum .i. propter orationem: quia in primo libro: vt dictũ est. determinatũ est de persuasionibus ex parte orationis. Dicit autem circa vnũquodque de psuasionibus cõibus determinabiliter etiã in hoc scdo: vt in primo libro dcm̃ fuit. ¶ Itẽ dicit q de his .i. de sententijs quantum ad accusantẽ: et ex his .i. ex propositionibus quantũ ad defendentẽ enthimemata dicuntur esse: quia ad enthimemata disceptatiua concurrũt dicta accusantis et defendentis: vel hic dcm̃ est: q propositiones et conclusiones requiruntur ad enthimemata sm scdã: et etiã ingrediẽtia sz virtutẽ ad enthimemata concurrũt. ¶ Deinde c. d.

¶ Quoniam aũt gratia iudicij est rhetorica: et enim consilia iudicant: et dicha iudiciuz ẽ: rhetorica etenim consilia necesse non solũ ad orationẽ videre qualiter demonstratiua est: et credibilis: sed et ipsuz qualẽ quẽdã et iudicẽ facere.

¶ Ostendit persuasiones sumptas ex parte auditoris: et ex parte dicẽtis pertinere ad negociũ rhetoricũ. Et duo facit quia primo facit quod dictũ est. Scdo exequitur de hmõi persuasionibus. Scda pars ibi. (Eius quidẽ igit̃). Prima pars diuidit̃ in duas: quia primo ostendit tales psuasiones ptinere ad rhetorẽ. Scdo manifestat quod dixerat. Scda pars ibi. (Multũ .n. differt). Dicit ergo qm̃ rhetorica ẽ gratia iudicij. nam propter hoc sumus rhetores vt argueremus fidẽ in alio. Nã et ↄsilia iudicant quantũ ad deliberatiuũ: et dicha .i. snia iudicis in disceptatiuis negocijs iudicatiuũ est: quasi diceret: q in disceptatiuo negocio et in deliberatiuo valet iudiciũ quia hoc est non solum opz videre qualiter oratio sit demõstratiua et credibilis ad orationẽ .i. quantuz ad psuasiones sumptas ex parte orationis: sed et ipz dicentẽ oppositum se ostendere qualem quendam. et ẽt iudicẽ opz facere qualem cũ per hoc variatur iudiciũ. ¶ Deinde cũ dic̃.

¶ Multum enim ad fidem maxime quidem in consilijs. Deinde aũt et litigijs qualẽ quẽdã apparere dicentẽ: et existimare ad ipsos: existimare se hẽre qualiter ipsuz. Ad hoc autem si et ipsi dispositi aliqualiter existant.

¶ Ostendit q ex eo: q auditor efficit̃ qualis: et dicẽs ostendit se qualem variat̃ iudicium auditoris. et fit in auditore alia et alia fides: propter quod talia pertinent ad rhetorem cuius est psuadere. Duo ĝ facit: quia primo ostendit talia variare iudiciũ. Scdo ex determinatis concludit quale iudiciũ variat qualitas dicentis: et quale qlitas auditoris. Secunda ibi. (Apparere qdẽ igit̃). Dicit ergo q apparere dicentem: qualem quendam: vt q ostendat se amicũ vl prudentem: vel bonum multum differt ad fidem: et maxime in consilijs: deinde in litigijs: quia plus credimus propter qualitatẽ dicentis in consilijs q̃ in disceptationib9 addit q auditores: et eos quibus dat̃ consilium existimare dicentem se hẽre ad ipsos q̃liter ipm̃ .i. sicut se hz ad ipsum potissime variat fidem. Nã tunc potissime credimus nobis: cum damus consiliũ: qñ conformamus nos eis quibus ↄsulimus: et ostendimus nos esse tales: quales ipsi. ¶ Ad intellectũ autem textus notandũ. q in textu hz esse semel existimare: et notabis: vt cõiter habetur: qd patet ex alia lrã: que hz qd multum variat fidem arbitrari ad ipsos habere qualiter ipsum: et sicut qualitas dicentis variat iudicium. ita etiaz hoc variat qualitas auditoris: adeo aut: q ad hec .i. propter hec que dicta sunt variat̃. supple iudicium: si etiam ipsi auditores aliqualiter dispositi existant. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Apparere quidem igitur qualem quendam dicentẽ vtilius ad consilia est. Disponi aũt est aliqualiter auditorem ad litigia.

¶ Concludit ex dictis quale: sive qd iudicium variat qualitas auditoris: et qd qualitas dicentis. Et duo facit: quia primo facit quod dcm̃ ẽ. Secũdo manifestat qd dixerat. Scda ibi. (Nõ .n. eadem). Dicit ergo: q apparere dicentez qualem quendã .i. qualitas dicentis est vtilis ad consilia. Disponi aut aliq̃liter auditorẽ est vtili9 ad litigia. ¶ Deide.

¶ Non enim eadẽ videntur amantibus et odiẽtibus: neqz iratis se habentibus: sed aut omnino altera: aut sm magnitudinem altera.

¶ Manifestat que dixerat. ¶ Ad cuius euidentiã notandum: q qualitatẽ dicentis potissime valere ad ↄsilia ostẽsum est per iam dicta. Nã propter qualitatẽ dicẽtis auditor existimat dicentem sic se habere ad eum: vt se hz ad ipm: propter quod credit ipsum amicum suuz: qd maxime facit credere ↄsulenti: adeo dicit: nõ oz vlteri9 h ostendere. solũ ergo ondit qñ qualitas audientis variat iudiciũ in litigijs dicens: q non eadem videntur diuersimode passionatis: vt amantibus: et odientibus: et iratis et mãsuete se habẽtibus. Sed aut videnẗ talibus oĩa altera et diuersa: aut sz magnitudinẽ altera: quia propter passionem aliqñ datur iudiciu oĩno ↄrium: vt q amans dicit iustũ: odiens dicit iniustum: aliqñ datur hmõi contrarietas quantum ad magnitudinem et paruitatem: vt q amans dicit iniustũ paruuz: odiens dicit iniustum multum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Amanti qdem .n. eum: de quo facit iudiciuz: aut non iuste fecisse: aut sm parua videtur iniustum fecisse: odienti autem contrarium: et concupiscenti quidez: et confidenti: si sit quod futurz delectabile ẽ eẽ et forte ei bonũ fore videtur: despecto autem et aspernanti ↄtrariũ.

¶ Exponit quod dixerat: q amanti eum hoiem: de quo facit iudicium aut non vr ei illum hoiem fecisse iniustuz in aliquo: aut sm parua fecisse iniustũ: odienti aũt videt̃ cõtrarium: et concupiscenti. et cõfidẽti: si scit qd futurz est delectabile: et fore psequendũ: et fore bonũ ei vr. Despecto autẽ .i. despicienti et aspernanti ↄtrium. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Eius quidem igitur: qd est esse ipsos dicentes credibiles tres sunt cause. Tot enĩz: propter que credimus: ostensionibus.

¶ Determinat de huiusmodi persuasiõibus sumptis ex q̃litate dicentis. Secũdo de his: que sumuntur ex qualitate auditoris. Scda ibi. (Sunt aũt passiones.) ¶ Circa primũ duo facit: quia primo dicit esse tres cãs ex parte dicentis: quare eis credimus. Scdo enumerat hmõi cãs. Secũda ibi. (Sunt aũt hoc). Dicit ergo: q tres sunt causẽ eius: qd .i. propter quod est .i. contingit ipsos dicentes esse credibiles: quia exceptis ostensiõibus .i. exceptis persuasibilibus ex parte orationis: que proprie dicuntur ostensiones: quia fiũt per enthimemata tot sunt: propter que credimus dicentibus tot .i. quia tria. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt aũt

¶ Sunt autem hec prudentia: et virtus: et beni uolentia.

¶ Enumerat illa tria: et duo facit: quia primo enumerat ea. secundo assignat causam dicti. Secunda ibi. (Mentiuntur enim.) Dicit ergo: quod ea propter que credimus dicentibus sunt hec prudentia: namque contingit aliquem mentiri propter imprudentiam vel propter ignorantiam: quia nescit veritatem: et virtus et bonitas: quia multi mentiuntur propter maliciam et beniuolentiam. nam multi dantes consilium alijs mentiuntur: quia eos oderunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Mentiuntur enim de his: que dicunt et consulunt: aut propter omnia hec: aut propter horum aliquid: aut enim propter imprudentiam non recte hoc sentiunt: aut sentientes recte propter nequitiam non que sentiunt dicunt: aut prudentes quidem: et epichei sunt: sed non beniuoli: propter quod contingit non optima consulere hoc cognoscentes.

¶ Manifestat quod dixerat: et tria facit: quia primo facit quod dictum est. secundo ostendit quod non est dare aliam causam a causis predictis. Tertio docet nos quomodo poterimus ostendere nos tales esse. Secunda ibi. (Et preter hec nihil.) Tertia ibi. (Unde quidem igitur.) Dicit ergo primo: quod propter ea: que dicta sunt credimus dicentibus. nam homines mentiuntur de his: que dicunt et consulunt: aut propter hec omnia que dicta sunt: vt quia neque prudentes: neque virtuosi: neque beniuoli sunt: aut propter aliquod horum. nam aut propter imprudentiam non recte sentiunt: quia nesciunt veritatem: aut sentientes recte propter nequitiam non dicunt que sentiunt: vel que sciunt. aut si sunt prudentes scientes verum: et epiches: siue virtuosi: non sunt beniuoli. contra eos non consulunt optima. licet cognoscant: que optima sunt. ¶ Dubitaret forte aliquis de dictis philosophi: quia cum boni hominis sit optima consulere: si ea cognoscat videtur falsum esse quod ait: quod contingit aliquos esse prudentes et epiches: non tamen optima consulere: quia non sunt beniuoli. Ad quod dicendum quod loquitur de bonitate politica: secundum quam videtur boni moris esse amicis bene facere et inimicis male. ¶ Sed vlterius forte quis dubitaret: quia vt scribitur quarto ethicorum: mendacium per se est prauum et fugiendum. ergo non spectat ad bonum bonitate politica non semper consulere optima. ¶ Ad quod dici potest: quod licet omne mendacium sit fugiendum: non tamen semper omnis veritas est dicenda. Possumus autem non consulere optima et tacere veritatem absque eo quod mentiamur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et preter hec nihil. necesse ergo eum: qui existimatur omnia habere esse audientibus credibile.

¶ Ostendit non esse aliam causam a predictis: ideo ait quod preter hec vel extra hec: vt habet alia litera nihil. idest nulla alia causa est: propter quam credamus dicentibus. Necesse est ergo quod qui existimatur omnia habere: que dicta sunt esse: credibile audientibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Unde quidem igitur prudentes et studiosi apparebunt vtique ex his: que circa virtutes dicta sunt sumendum. Ex eisdem enim aliquis: et alterum vtique: et seipsum astruet talem. De beniuolentia autem et amicitia in his: que circa passiones nunc dicendum.

¶ Docet nos quomodo possumus nos ostendere esse prudentes studiosos et beniuolos. ideo ait: quod vnde apparebunt prudentes et studiosi. sumendum est ex his: que sunt dicta diuisim et sigillatim ostensa circa virtutes: quasi dicat: quod ex his que dicta sunt in tractatu de negocio exclamatiuo possumus talia ostendere: et subdit rationem: quia ex eisdem aliquis astruet vel ostendet alterum: et ipsum talem. Cum ergo per negocium exclamatiuum possumus ostendere aliquos esse prudentes: et virtuosos per hoc negocium possumus hoc ostendere de nobis ipsis: quomodo autem possumus ostendere nos esse beniuolos infra dicetur. ideo ait: quod de beniuolentia et amicitia dicendum est nunc in his: que sunt circa passiones: propter quod complete habemus artem ad ostendendum nos esse credibiles. quia per exclamatiuum negocium possumus nos ostendere esse virtuosos per ea: que dicentur circa passiones poterimus nos ostendere esse beniuolos.

Ad intelligentiam autem dicendorum: quattuor sunt declaranda. nam vt habeamus noticiam tractatus sequentis: vbi de passionibus agitur. Primo videndum est quid sit passio. Secundo declarandus est numerus passionum. Tertio declarandus est ordo ipsarum. Quarto autem videndum quomodo opponantur passiones adinuicem. ¶ Propter primum notandum: quod passiones: de quibus intendimus loqui vt in subiecto: sunt in potentijs anime: et quia subiectum pertinet ad quidditatem accidentium: si volumus scire quid sint hee passiones: oportet nos scire in quibus potentijs esse habent. Potentie autem tripliciter distinguuntur quedam sequuntur animam vegetabilem: quedam animam sensibilem: quedam vero rationabilem. Animam vegetabilem sequuntur potentie naturales. animam sensibilem sequuntur potentie sensibiles organo alligate. rationabilem vero sequuntur potentie non alligate organis. Uerum quia vegetatiuum est in sensitiuo: et sensitiuum in intellectiuo: sicut trigonum in tetragono: et in pentagono tetragonum: sic omnes anguli trigoni reseruantur in tetragono: et adhuc plures: et omnes anguli tetragoni reseruantur in pentagono: et adhuc plures. sic omnes potentie anime vegetatiue reseruantur in anima sensitiua. et adhuc plures: et quicquid potest anima sensitiua potest intellectiua: et adhuc amplius. Propter quod licet nos non habeamus tres animas: tamen quia huiusmodi anima est intellectiua: in qua virtualiter continetur vegetatiuum et sensitiuum. omnia genera potentiarum nunc assignata est inuenire in nobis. Si ergo passiones: de quibus loqui intendimus: sunt in potentijs anime: vel sunt in potentijs naturalibus: vel in potentijs sensitiuis: vel in rationalibus. in naturalibus non sunt: quia potentie naturales: secundum quod huiusmodi videntur esse actiue non passiue. nam augmentatiuum et generatiuum et cetera talia ad animam vegetabilem pertinentia in actionem sonant: nec sunt etiam tales passiones in potentijs rationalibus: accipiendo rationale pro omni virtute non organica. Nam passio: vt hic de ea loquimur: requirit materiam et organum: cum non sint alligate rationales potentie. solum ergo habent esse huiusmodi passiones in potentijs sensitiuis. Potentiarum autem sensitiuarum. quedam sunt cognitiue: quedam appetitiue. cum ergo in cognoscendo sit motus rerum ad animam: et in appetendo sit motus anime ad res. passio secundum quod trahitur passum ad conditiones agentis non erit in potentijs cognitiuis: quia secundum cognitionem obiecta trahuntur ad modum nostrum: quia quicquid cognoscitur: cognoscitur secundum modum cognoscentis: non autem secundum modum rei cognite: vt dicit Boetius quinto de consolatione. Solum ergo erit passio in appetitu sensitiuo vt communiter ponitur: quia secundum appetitum trahitur ad conditiones obiectorum. nam licet res sint cognite: vt sunt in nobis: appetimus tamen eas: et sunt volite: vt sunt in seipsis: quia bonum et malum secundum quod habet esse appetitus sunt in rebus: vt dicitur septimo metaphysice. ¶ Uiso quid sit subiectum passionum: quia appetitus sensitiuus: de leui innotescit nobis quid sit passio. Nam actio et passio sunt vnus et idem motus: vt dicitur tertio physicorum. Est enim eadem res motus et actio et passio. nam illa calefactio et dealbatio: et vniuersaliter omnis alteratio est motus quidam

ꝛ est actio ꝛ passio. nam calefacere est mouere: ꝛ est agere ꝛ calefieri est pati ꝛ moueri: ꝛ q2 idem est calefacere ꝛ calefieri: eadem est actio ꝛ passio ꝛ motus: ꝛ sicut est in alteratione: ita est in motu locali: ꝛ in alijs motibꝰ: ꝓut ibi reseruatur actio ꝛ passio. ℭ Aduertendū tamen: ꝙ licz eadem res sit omnia predicta: non est illa eadē ratione. nā calefactio alia ꝛ alia ratione dicitur motus actio ꝛ passio. nā motus est vt habz successionē velut comparatur ad formaz vt calefactio est via in calorē: ꝛ q2 via recipit spēm ex termino ad quē. Ideo motus fm ꝙ huius non est directe in genere: sed reducit̄ ad genus: in quo est forma: ad quā est motus. ideo dicit̄ tertio physicoꝝ: ꝙ motus est in eodem genere cū rebus. ad quas est motus. ꝓpter qd̓ calefactio nec est motus. nec est genus: nec est directe in genere. sz reducitur ad genus qualitatis: in quo est calor. qui per calefactionē iducit. Dicit̄ etiā calefactio actio: vt est a calefaciente: ꝛ dicitur passio: vt est in calefacto. ideo dicit̄ in 3°. physico. ꝙ actio ꝛ passio sunt sicut via: qua itur a Thebis ad Athenas ꝛ ab Athenis ad Thebas. Cū ergo motus nō sit in mouente: sed in mobili actio ꝛ passio: que sunt vnus motus in patiēte erunt: nō enī est calefacere in calefaciēte: ꝛ calefieri in calefacto: sed ambo hec sunt in calefacto: ꝓpter qd̓ manifeste apparet ꝙ passio: vel etiam actio: que est idē cū passione: sunt motus ipsius mobilis. in quo mobili. sicut in subō sunt actio ꝛ passio. Cūz ergo passio: de q̄ intendimus tractare vt in subō: sit i appetitu sensitiuo: nihil est aliud talis passio q̄z motus sensitiui appetitus. Nā eo ꝙ fm talem appetitū mouemur ad aliquid: sunt in nobis huiꝰ passiones. Declaratū est igit̄ quid sit passio: quia est motus appetitus sensitiui. quod ostendere volebamꝰ.

Secundo declarandus est numerus talium passionuz. ℭ Ad cuius euidentiā notandū ꝙ appetitus sensitiuus: in quo sunt passiones sicut in subō: diuidit̄ in irascibilē ꝛ cōcupiscibile. Nā licz appetitus intellectiuus sit vna potentia: quia sub vliori rōne fert̄ in obꝫ suū. q2 sequit̄ cognitionē intellectiuā: appetitus tamē sensitiuus non est vna potētia: q2 non ita fm vlem rationem fertur in obm suuz: quia sequitur sensum: cuius est cognoscere particulariter: que cognoscit. Nec est ꝯtra hoc ꝙ appetitus quilibet fertur in res prout habent esse in seipsis fm quē modū habēt esse particularia. nā etiā in ipsa particularia potest potentia ferri fm vliorē rationē: ꝛ sz minꝰ vlem sicut videmus sensum cōmunē sub vliori rōne formali comprehendere obiecta sua: q̄z sensus ꝑticularis feratur in particularia obiecta. Si ergo appetitus sensitiuꝰ in quo sunt passiones: non est potentia vna: sed diuidit̄ in irascibilē ꝛ cōcupiscibilem. Uidendū est quo distinguuntur passiones irascibiles a passionibus concupiscibilibus ℭ Est aūt cōmunis sententia ꝛ bona: ꝙ ꝯcupiscibilis fertur in obꝫ suū sub rōne boni absolute sumpti. Irascibilis vero fertur in suū obm non sub rōne boni vel mali absolute sumpti. sed ꝑut tali ratiōi superaddit̄ ratio difficilis vel ratio ardui. Oēs igit̄ passiones ille: que sumunt̄ respectu boni vel mali absolute sumpti: pertinent ad cōcupiscibilem. Ille vero que super talez rationē superaddūt rōnē ardui vel difficilis: pertinēt ad irascibilē. ideo amor: odiū desideriū: abominatio: delectatio: tristicia sunt passiones cōcupiscibiles: q2 respiciunt bonū vel malū absolute. Nā quodlibz bonū pōt amari desiderari: ꝛ pt efficere delectationē: ꝛ qdlibz malū pōt odiri ꝛ haberi in abominatione ꝛ inferre tristiciā. Spes vero desperatio: timor: audacia: ira: ꝛ mansuetudo pertinēt ad irascibilē: q2 talia nō respiciūt bonū qdlibz: vel quocūq3 modo sumptū: nisi bonuz illud habeat rationē ardui ꝛ difficilis. Numerū aūt passionum concupiscibiliū qdā sic accipiūt: dicūt enī: ꝙ sic in rebus nālibus est tria cōsiderare. scz inclinationē ad situ. motū fm iclinationē illā: ꝛ quietē in tali situ: vt in grauibus est inclinatio ꝓpter formā grauis est motus fm talē inclinationē prout descendunt deorsum: ꝛ quies fm inclinationē illā: ꝑut quiescunt in terra: sic etiā se habꝫ in huiꝰ passionibus. ℭ Nā passiones ꝯcupiscibiles vel sumunt̄ respectu boni absoluti: vel respectu mali. si sumūt̄ respectu boni hoc est tripl̓r: q2 vel sumunt̄ vt inclinantur in bonū: ꝛ sic est amor. vnde amor respectu cōcupiscibilis sic se hꝫ fm istos sicut se habꝫ forma grauis respectu grauiuz: vel forma leuis respectu leuiū. q2 sicut grauia per grauitatez inclinātur deorsum: ꝛ leuia per leuitate appetunt superiorē locū: sic nos per amorez ferimur ꝛ inclinamur in rem amatā. ℭ Scdo possunt sumi huiꝰ passiones vt in bonū ferimur: ꝛ sic desideriū respectu appetitus sic se habet: sic motus respectu naturaliū. ℭ Tertio huiꝰ passiones sumi possunt respectu quietis: ꝛ sic est delectatio. que ꝯsequit̄ tur actionē appetitus vt quietat̄ in bono. vnde delectatio respondet quieti in nālibus: ꝛ sic tripl̓r accipit̄ passio concupiscibilis respectu boni: ita tripl̓r accipit̄ respectu mali. Nam sicut prout inclinamur in bonū. est nobis amor: ꝛ ꝑut mouemur in ipsum est desideriū: ꝛ prout quietamur in eo est delectatio: sic respectu mali in quantū habemus inclinationē in contrariū est odiuz: prout vero fugimus ab eo est abominatio: vnde abominatio in malo respondet desiderio in bono: sicut odiū respōdet amori. Inquantuz vero iaz adepti sumus malū: sic est tristitia. vnde tristitia respicit adeptū malū. sicut delectatio adeptum bonum. Sūt ergo sex passiones concupiscibiles: tres respectu boni ꝛ tres respectu mali. hic aūt ꝛ si pōt tollerari. respicit tamē id qd̓ est per accidens. dictū est enī. ꝙ passio est motus appetitus sensitiui. fm ergo ꝙ diuersificat̄ motus: sic diuersificantur passiones. non ergo debet sumi diuersitas passionū fm formā: motū: ꝛ quietē: vt sz formā grauis ꝛ motū ꝛ quietē eius: sz fm diuersos motus. ℭ Ideo notāduz: ꝙ sicut in rebus nālibus est reperire motū ꝛ mutationez: sic ꝛ in passionibus aiē. nam quedā passiones hñt rōnem motus: quedā vero rationē mutationis. verū q2 ipsa mutatio motus dici pōt. vt pꝫ per phm 3° physicorū. qui pōit motū in quattuor generibus. vz in suba qualitate ꝛ quātitate: ꝛ vbi: licz tamē in suba non sit motus: q2 in ea nō est cōtrarietas. Cōmuniter ergo accipiendo motū oīs passio pōt dici quidā motus aiē. ꝓprie tamē accipiendo motuz: quedam passiones hñt rationē motus: quedā vero habēt rōnem mutationis vel mutati esse. Hoc viso de leui pōt accipi numerus passionū irascibilis ꝛ cōcupiscibilis. Primo tamē assignabimus quis sit numerus passionū cōcupiscibilis. nā huiꝰ passiones vel sumunt̄ respectu boni vl̓ respectu mali: si sumunt̄ respectu boni: vel importāt motum vel mutationē. si important mutationē vel mutatū esse: sic est delectatio. nam delectatio est in fine motus: vt quādo iam est mutatū esse ꝛ adepti sumus bonuz: in quo delectamur. Si vō hꝰ passio sumpta respectu boni importat motuz: hoc est dupl̓r: q2 in bonū dupl̓r mouemur. Primo per complacentiā in quantū nobis placet bonū ipsuz: ꝛ huiꝰ motū importat passio: que est amor. Scdo mouemur in bonū inquantū huiꝰ prosequimur: ꝛ huiꝰ motum importat passio: que est desideriū: ꝛ inde est ꝙ amor precedit desideriū: quia primo nobis placet aliqd̓ bonuz: ꝛ tunc mouemur in ipsum per amorē: ꝛ postea prosequimur bonum placituz: ꝛ tunc mouemur in ipsuz per desideriū. Et vltimo quando iam adepti sumus ipsuz: est ibi quies ꝛ mutatū esse: sine est ibi delectatio: ꝓpter qd̓ tripliciter sumuntur concupiscibilis respectu boni. sic etiaz tripliciter

sumuntur

sumitur respectu mali: vt dicit mutatū esse: sic est tristitia que sumitur respectu mali iam adepti. Si vero passio sumpta respectu mali importat motum: hoc est dupl'r sm q dupl'r mouemur respectu mali. Primo per displicentiā et sic est odium. Scdo per fugam fugiendo malū: et sic est abominatio. ideo odium opponitur amori: et abominatio opponit desiderio: tristitia: delectatiōi. Dicit enī tristitia mutatū esse respectu mali: sicut delectatio respectu boni. apparet igitur quis sit numerus passionū concupiscibilis. Restat ergo assignare numerū passionū irascibilis: q antequā fiat: ne aliquis dubitet de iam dictis: ostendendū quō delectatio importat mutationē vel mutatū esse. Cū phs 7° ethi. dicat delectationē non esse motū: neq3 generationē. ¶ Ideo notandū q delectatio simpl'r cōsta est de se nec est motus: nec mutatio. imo magis consistit ratio eius in mobilitate q̄ in motu: vt dicit 7° ethicorū. Delectatio tamē: que est passio: que solū reperit in appetitu sensitiuo: dicit mutationē vl' mutatū esse. imo nō h3 rationē passionis nisi inquantū est cōiuncta motui et trāsmutationi. ideo delectatio prout reperitur in substātijs separatis: non est passio: sed est quedam perfectio: et quedā ornatus operationis non impedite. Possumus ergo dicere: q accidit delectationi esse mutationē: q2 qōlib3 inferius accidit suo superiori: et potissime accidit superiori illud inferius: in quo minus reseruatur ratio eius: et quia ratio delectationis magis reseruatur in delectatione intelligibili q̄ in delectatiōe sensibili: sm quā est passio: et dicit mutatū eē. ideo bene dictū est. q accidit delectationē eē mutationē. ideo cū mutatio diminuat rationē delectationis. cū imutabilia magis delectent iuxta illud phi. 12° metaphysice. qui dicit intelligere pmū esse sūme voluptuosū. et 7° ethico2. vbi dicitur: q deus semp gaudet vna simplici delectatiōe: et q actio eius est delectabilissima. adeo bñ dictū est: q delectatio sm q huius magis est in imobilitate q̄ in motu. ¶ Uerū q2 nos intēdimus de delectatōe: vt est passio. ideo separauimus eā ab alijs passionibus sumptis respectu boni: vt ab amore et desiderio: q2 ista important mutatū esse. ille vero motū. Similiter etiā sentiēdū est de tristitia respectu odij et abominationis. imo de ipsa tristitia nō est dubiū: qm importet mutatū esse vel mutationē cū magis habeat rationē passionis tristitia q̄ delectatio eo q sit magis cōtra nām. q2 nocentia et cōtristantia magis importāt passionē q̄ alia: vt innuit phs quto metaphy. ¶ Dus vīsis: passiōes irascibilis de leui possumus accipere: q2 huiꝰ passiones vel sumunt respectu boni: vel respectu mali. hic erit solū respectu futuri. Nā bonum psens: et maxime bonū nostris pportionatū nālibus: cū iam est habitū et adeptū vt cōmuniter dicit: non reputamus ipꝫ arduū: adeo respectu talis boni nō sumunt passiones irascibilis: sm quas seruiunt in difficile et arduū. sed si huiꝰ bonū sit futurū: sic sumitur duplex passio sm q dupl'r ad tale bonū cōparamur. Primo vt in ipsum tēdimus. et sic est spes: que est de futuro bono. scdo vt ab ipso deficimꝰ et sic est desperatio: sm quā deficimꝰ a tali bono. Si vero he passiōes sumunt respectu mali: hoc est dupl'r. q2 huiꝰ malū vel est presens: vel futurū. si est futurū. sic sunt due passiones. sed q ad tale malū dupl'r cōparari possumus. Primo vt ipsum aggredimur: et sic est audatia. scdo vt ab ipso deficimus: et sic est timor. Si vero malū sit psens: vel sit iam acceptū: sic sunt due passiones: q2 vel pp̄ter hoc malū mouemur ad cōsequendū vindictam: et sic est ira: que est appetitus doloris in cōtrario. Si vero quiescimus a tali motu: sic est mitiditas vel māsuetudo. vnde mitiditas non h3 oēm rationē passiōis: cū magis dicat quietē a motu motū. Pōt tamē passio appellari sm q negationes sunt in eodē genere cum affirmationibus: q2 negationes non intelligunt: nec habent quidditatē: sm quā aliqd collocat in genere nisi per affirmationē: q2 sm phm scdo ethico2 semper in non facere intelligitur facere: et oino in negatione dicto. idest affirmatio. Sont igit duodecim passiones: sex in concupiscibili: et sex in irascibili: pp̄ter quod manifestatur numerus earū: qd volebamus declarare.

TErtio declarandus est ordo dictarum passionum. ¶ Ad cuius euidētiā notandū: q passiones cōcupiscibiles: nec oio precedūt passiones irascibiles: nec oino sequūtur: sed aliquo mō precedunt: aliquo modo sequunt: qd sic declarat. Nā passiones ꝯcupiscibilis alique habēt rationē motus alique vero important mutationē vel mutatū esse: vt patet ex habitis. Passiōes vero irascibilis non habent rationē mutati esse: sed magis habēt rationē motus sm q intendimus in aliquid: vel deficimus ab illo. habet enim ipsum deficere rationē motus. nā desperatio sm quā deficimus a bono: et timor sm quē3 non aggredimur arduū: important motū animi: vt hec magis apparent. ¶ Aduertendū q passiones irascibilis: vt tactū est vl' sumunt respectu mali: vel respectu boni: vt sumuntur respectu boni: non habēt rationē mutati esse: cū tale bonū vt dicebat: sit solū futurū: pp qd nō pōt ibi esse quies vel mutatū esse. Si vero he passiones sumunt respectu mali: si huiꝰ malū sit futurū sm quē modum accipiunt timor et audatia. nō pōt ibi esse mutatū esse: cū tale malū nondū sit adeptū. sicut non erat mutatū esse in spe: et desperatione: que sumebant respectu boni nondū adepti. Sed si huiusmōi malum sit iam adeptū sm q sumi possunt ira et mansuetudo. dicere etiā possumus. q etiam tales passiones non dicunt mutatū esse. Nā et si ira respiciat malū iam adeptū. non tamē sistit in tali malo. s3 ex ipso mouetur in appetitum vindicte. Nā status in malo adepto non dicit irā: sed tristitiam: nec mansuetudo iportat pprie mutatū esse. Nā mutatū esse est terminus motus. mansuetudo enim sm q hōi non dicit terminū motꝰ: sed magis dicit cessationē a motu. Nā si aliquis in malo adepto est mansuetus: non est ibi mansuetudo: vt malū est adeptū: sed magis tristitia: sed prout ex malo adepto non mouetur in appetitum vindicte per irā: sic est ibi mansuetudo. Unde mansuetudo pprie sm suā rationē nō est motus: nec mutatio: s3 cessatio a motu: pp̄ter quod nec passio pprie dici potest. Cū ergo mutatū esse sequat motum: delectatio et tristitia sequunt omnes alias passiones: cum omnia alia inquantū sint passiones: inquantū dicant motum: pp̄ter qd signanter phs volens determinare de passionibus in scdo rhetoricorū ait: q passiones sūt pp̄ter quoscūq3 aliqui cōmoti differunt ad iudicia: ad q̄s sequit tristitia et delectatio. Delectatio ergo et tristitia. que sunt passiones concupiscibiles: importantes mutatū esse sequuntur passiones irascibiles: sed amor: odium: et desiderium: et abominatio: que important motū: precedunt passiones irascibiles: qd sic declarat. Nam in motibus ordinatis. sic terminus precedit terminū et motus motū. Cum ergo bonum absolute consideratū: et malū absolute sumptum precedant bonum et malum vt sumunt sub ratione ardui vel difficilis: passiones cōcupiscibilis importantes motum: quia sumunt respectu boni et mali: absolute priores sunt passionibus irascibilis dicentibus motū per cōparationē ad bonū et malū sub ratione difficilis et ardui: Propter qd bene dictū erat: q passiones concupiscibiles: nec oino precedant passiones irascibiles: nec oino sequunt nam vt est ex habitis manifestū: he passiones medie sunt inter passiones ꝯcupiscibilis importantes motū et passio

nes cõcupiscibilis importantes mutatũ esse. Est autẽ iste
ordo passionũ: quia primę passiones sunt amor ꝛ odium:
post autẽ has est desideriũ ꝛ abominatio: q̃ sunt quattuor
passiones concupiscibilis importantes motum: post istas
sequuntur passiones irascibilis: ꝛ primo spes ꝛ desperatio.
scdo timor ꝛ audacia. tertio ira ꝛ mãsuetudo. vltimo vo
delectatio ꝛ tristitia: quę sunt passiones cõcupiscibilis im-
portantes mutatũ esse. ¶ Et qr nõ est dare duo prima cõ-
liter: odium ꝛ amor: quę ponunt̃ primę passiones: non sunt
eque prima nam amor est prius odio: sic etiam in sequẽ-
tibus se habz. Nã licz assignatę sint binę ꝛ binę passiones
semper tamẽ altera precedit alterã. nam desideriũ prece-
dit abominationẽ: ꝛ spes desperationẽ: ꝛ timor audaciã:
ira mãsuetudinẽ: ꝛ delectatio tristitiã. Qr aut ordo assigna-
tus sit congruus: sic ostendit̃. nam amor ꝛ odium p̃cedũt
omnes passiones: precedunt enim delectationẽ ꝛ tristitiã;
Cuz enim importent motuz delectatio vero ꝛ tristitia di-
cunt mutatum esse: ꝛ motus sit prior mutato esse: p̃cedũt
etiam omnes passiones irascibilis: quia vt ostensum est
passiones concupiscibilis importantes motuz precedunt
omnes passiones irascibilis. Precedũt etiaz predictę pas-
siones desiderium ꝛ abominationẽ. nã vt dicebatur ex h
est amor in nobis: qr placet nobis aliquid sub ratione bo-
ni. Et ex hoc est odium: q displicet sub ratione mali. Desi-
deriũ vero ꝛ abominatio sunt in nobis inquantũ prosequi-
mur bonuz: qđ placet: ꝛ fugimus malũ: qđ displicet. vnde
desideriũ creat̃ ex amore: ꝛ abominatio ex odio. ¶ Sũt
ergo oĩno primę passiões amor ꝛ odiũ. post aũt has sunt de-
siderium ꝛ abominatio. nam hmõi passiones cum impor-
tent motum: precedunt delectationẽ ꝛ tristitiã quę dicũt
mutatũ esse: precedunt etiaz omnes passiones irascibilis.
Nam vt supra tangebatur: omnes passiones concupiscibi-
les importantes motũ precedunt omnes passiones irasci-
bilis: propter qđ clare patet: q post amorẽ ꝛ odiũ non sunt
passiones adeo primę: vt desideriũ ꝛ abominatio. post pas-
siones autẽ concupiscibilis importantes motũ imediate
sequunt̃ passiones irascibilis: ꝛ primo spes ꝛ desperatio. Sũt
enim spes ꝛ desperatio primę post passiones dictas. nam
huiusmodi passiones quę important motũ: precedunt de-
lectationẽ ꝛ tristitiã quę dicũt mutatũ eẽ. Dicit eni spes
motũ inquantũ per ipsam tendimus in desideratuz. ꝛ de-
speratio dicit motũ inquantũ refugimus ab eo. Non opz
eni ad hoc q sit motus animi q sit persecutio. naz amor
ꝛ odiũ dicunt motũ animi: licz per tales passiones sit solũ
placentia ꝛ displicentia amati: ꝛ eius qđ oditur. Persecu-
tionẽ eni vel fugam taliũ nõ dicunt odiũ ꝛ amor. sed de-
sideriũ ꝛ abominatio. Precedunt etiam dictę passiões re-
liquas passiones irascibilis: vt timorẽ ꝛ audaciã: ꝛ iram ꝛ
mansuetudinẽ. naz dictę passiones sumuntur respectu bo-
ni. hę autẽ accipiũtur respectu mali. Et passiones sumpte
respectu boni priores sunt passionibus respectu mali: vt in
prosequẽdo patebit. propter qđ clare patet spem ꝛ despera-
tionẽ talem habere ordinem qualez dicebamus. Timor
aũt ꝛ audacia post has sunt priores. nam huiõi passiones
precedunt delectationẽ ꝛ tristitiam. quia vt ex habitis est
manifestũ: delectatio ꝛ tristitia: qr dicunt mutatuz esse: se-
quuntur omnes alias passiones. Precedunt etiaz timor ꝛ
audacia iram ꝛ mansuetudinẽ. nam omnes istę quattuor
passiones sumunt̃ respectu mali: aliter tamẽ ꝛ aliter: quia
timor ꝛ audacia respiciunt malũ futurũ. ira vero ꝛ man-
suetudo respiciunt malum. vt est iam adeptũ: ꝛ prius est
aliquid futurũ: ꝛ postea fit presens ꝛ preteritũ. adeo timor ꝛ
audacia precedunt iram ꝛ mansuetudinẽ. adeo si bene cõ-
sideramus ordinẽ causalitatis inueniemus timorẽ ꝛ auda-
ciã esse oĩno medias inter passiones irascibiles. Nam hę

passiones sunt effectus spei ꝛ desperationis: ꝛ sunt causę
irę ꝛ mansuetudinis. nam ex spe aliquis fit audax: ꝛ ex de-
speratione: siue diffidentia superãdi efficitur aliquis timi-
dus: propter quod timor ꝛ audacia sequunt̃ spez ꝛ despera-
tionẽ: sicut effectus suas causas: precedunt tamẽ irã ꝛ mã-
suetudinẽ: qr ira causat̃ ex audacia. Consueuerunt eniz au-
daces magis irasci. ꝛ mansuetudo multotiẽs orit̃ ex timo-
re. Timidi eni consueuerunt esse mansueti nõ audentes
alijs contradicere. Ira aũt ꝛ mãsuetudo sunt penultimę
passiones: quia omnes alias sequunt̃ exceptis delectatio-
ne ꝛ tristitia: vt patet ex habitis. Delectatio aũt ꝛ tristitia
sunt passiones vltimę: qui vt pluries tactũ est: dicunt mu-
tatuz esse: ꝛ omnes alias passiones sequunt̃. ¶ Viso quẽ
ordinẽ habent passiones vt accipiunt̃ binę ꝛ binę: restat
dicere quõ passiones sic cõbinatim sumptę se precedũt:
ꝛ quę quã precedit: dicebat̃ eni q amor precedit odiũ: qđ
sic declarat̃. Nam bonum apprehensum est id: quod per
se ꝛ directe mouet appetitũ. Si at malũ alicuius mouet
appetitum hoc est inquantũ maluz vnius reputat sibi bo-
nuz. Et quia malũ semper mouet appetitum sub ratione
boni. amor ergo qui sumitur respectu boni prior est odio
qui sumitur respectu mali. imo ex ipso iordinato amore
sui sumit originẽ odiũ respectu alterius. Et sicut amor est
prior odio: sic desideriũ est prius abominatione: cuz desi-
deriũ sit respectu boni: abominatio vero respectu mali.
Spes autẽ est prior desperatione. nam per spem in bonũ
tendimus per desperationẽ aũt fugimus a bono non ra-
tione qua bonum: sed quia reputamus ipsuz difficile ꝛ ar-
duum: ꝛ per consequẽs apprehendimus ipsum: vt maluz
nobis: sicut enim in desiderio bonuz precedit malum: sic
spes est prior desperatiõe. Timor aũt est prior q̃ audacia
nam si tendere in bonũ: quod fit per spem: est prius q̃ fu-
gere ab ipso: quod fit per desperationẽ per locũ ab oppo-
sitis fugere a malo: qđ fit per timorẽ: prius est q̃ aggredi
malũ: qđ fit per audaciã. Ira aũt quantũ ad genus passio-
num precedit mansuetudinẽ: sicut affirmatio negationẽ:
ꝛ sicut id qđ est per se in genere id: qđ est per reductionez:
habz tamẽ aliquẽ modum prioritatis mansuetudo respe-
ctu irę: quia sicut timor p̃cedit audaciam ꝛ sic recessus a
malo aggressionem mali: sic mansuetudo: per quã desisti-
mus a vindicta precedit iram: per quã vindictam aggre-
dimur: tum quia non sic habet rationem passionis man-
suetudo vt timor. Scdo qr loqui intendim⁹ de ordine pas-
sionũ ꝛ fm viam generationis mansuetudo precedit irã:
tamen quia in genere passionũ sequitur: eo q per iram re-
ducitur ad tale genus. ideo proposuimus iram mansuetudi-
ni delectatio autem precedit tristitiã: quia sumitur respe-
ctu boni: tristitia autem respectu mali.

Quarto declarandũ est: quomodo huiõi passiones habent oppositionem adinuicem: in qua declaratione tãgemus de effectibus ꝛ de speciebus taliuz passionuz fm q spectat ad presens negotiũ. ¶ Notandum
ergo q in passionibus concupiscibilis accipitur oppositio
vno mõ: in passionibus aũt irascibilis accipit̃ dupl r. Vnde
mus eniz q in passionibus concupiscibilis vnũ vni oppo-
nitur: vt amor odio: desideriũ abominationi: ꝛ delectatio
tristitię. sed in passionibus irascibilis multa opponuntur
vni: vt spei opponit̃ desperatio ꝛ timor: ꝛ timori audacia
ꝛ spes. Cuz ergo fm vnum genus oppositionis vnuz vni
opponatur: opz in passionibus irascibilis: vbi multa oppo-
nunt̃. vni eẽ multiplicẽ oppositionẽ. Quõ autẽ sit hoc sic
declarari potest: quia concupiscibile respicit bonuz ꝛ ma-
lum absolute. Cuz ergo in bono absolute sumpto sit solũ
vnuz: considerare rationẽ. scz bonitatis: ꝛ in malo absolu-
te sumpto

te sumpto sit considerare ratione maliciç:nõ potest sumi
oppositio in talibus passionibus:nisi vno modo: vt in quã
tum bonũ opponit̃ malo. Et ideo amor:qui respicit bonũ
opponitur odio:qd respicit malum. ⁊ sic desideriũ oppo-
nitur abominationi.ex parte vero boni tãtũ prout in ipsũ
tendit concupiscibilis.non potest sumi oppositio:cum fe-
rat̃ in bonum absolute sumptum: ⁊ bonũ ꝭm ꝙ hmõi sit
solũ prosequibile. Sic etiã nec ex parte mali tm̃ potest su-
mi oppositio.quia malũ absolute sumptũ est solum quid
fugibile:ex parte autẽ irascibilis non sic se habz. Naz ira-
scibilis fertur in bonum nõ absolute:sed sub ratione:qua
arduũ ⁊ difficile:sic etiã fert̃ in malũ. Duplr ergo potest
sumi oppositio.pmo rõne boni.scdo rõne ardui: ⁊ sõ spes
opponitur timori: ⁊ desperationi:aliter tamẽ ⁊ aliter. Naz
timori opponitur ꝭm oppositionẽ boni ⁊ mali:qꝛ spes est
de futuro bono.timor vero de futuro malo:desperationi
vero opponitur ratione difficultatis:qꝛ ex hoc aliquis de-
sperat inquantũ non vult prosequi bonũ arduũ:nõ rõne
qua bonũ:quia bonũ ꝭm ꝙ huiꝰ nõ est fugibile:sꝫ rõne q̃
arduũ ⁊ difficile:sicut etiaz timor opponit̃ audaciç ⁊ spei
aliter ⁊ aliter:qꝛ spei opponit̃ ꝭm oppositione boni ⁊ ma-
li vt tactũ est audaciç aũt nõ opponit̃ ꝭm talẽ oppositio-
nem:cũ tam audacia q̃ timor aspiciat malũ sed timor re-
fugit malũ arduũ:qd audacia aggredit̃. ¶ Voluerũt aũt
quidã has oppositiones irascibilis reducere ad oppositio-
nes motuum ⁊ mutationũ. Dixerunt eni ꝙ in concupisci-
bilis est vnus modus oppositiõis:qꝛ est ibi sola oppositio
motuum. In irascibili aũt est duplex modus oppositiõis:
quia ibi est oppositio motuũ ⁊ mutationũ:sed hoc deficit
si bene considerant̃ iam dicta. Nam vt ostensum fuit su-
pra passionuz cõcupiscibilis quçdam se habẽt vt motus:
quçdam vero vt mutatiões siue vt mutatũ esse:passionũ
vero irascibilis oẽs se habẽt vt motus ꝭm ꝙ passiões sũt.
Nulla vero se hꝫ vt mutatio:vl' vt mutatũ esse:ꝓpter qd
modus loquendi eorũ nõ est ꝓprius. ¶ Dubitaret autez
aliquis:quare non sunt plures passiones in irascibili q̃ in
cõcupiscibili:quia in ea sũt plures modi oppositionũ: ⁊ sꝫ
ꝙ plurificant̃ oppositiones:plurificent̃ passiones. ¶ Ad
qd dici põt:ꝙ vno modo passiones ꝯcupiscibilis superãt
passiones irascibilis.alio modo deficiunt ab eis. Nam si
consideramus passiones vt plurificant̃ ꝭm diuersas acce-
ptationes boni ⁊ mali:sic sunt in duplo plures passiões cõ
cupiscibilis q̃ irascibilis. Nam passiones concupiscibilis
diuersificant̃ ꝭm triplicẽ acceptionẽ mali. vt ex eo ꝙ bo-
nũ placet: ⁊ tendimus in ipsũz: ⁊ iam est adeptũ: sumitur
amor desideriũ ⁊ delectatio. Ex eo vero ꝙ malũ displicet
⁊ fugimus ab eo: ⁊ iam est adeptum sumunt̃ odiũ abomi-
natio ⁊ tristitia. Passiones vero irascibilis multiplicãt̃ so-
lum ꝭm vnã acceptionẽ boni: ⁊ duplicẽ acceptionẽ mali.
nam ꝭm ꝙ bonũ tm̃ placet:nõ habz rõnes ardui. Est enĩ
hoc de ratione boni absolute sumpti:qd placebat:cũ qdlꝫ
bonũ ꝭm ꝙ huiꝰ sit tale. Rursuz ꝭm ꝙ bonũ est iaz ade-
ptũ: ⁊ nõ hꝫ rõnẽ ardui:vt supra dicebatur:solũ sic põt re-
seruari ratio boni ardui ꝭm ꝙ in bonũ tendimus: ⁊ vt est
futurũ. Ratio vero mali ardui sumi põt ꝭm duplicẽ acce-
ptionẽ eius.nã vt est malũ tantũ modo ⁊ displicet:nõ ha-
bet rationẽ ardui:cũ hoc sit de ratione cuiuslibꝫ mali:sed
vt est iam futurũ: ⁊ etiã vt est adeptũ põt hr̃e ardui rõnez
nam ⁊ si nõ reputamus magnũ bonũ adeptuz:possumus
tamẽ reputare magnũ ⁊ arduũ malũ ꝑsens. Verũ qꝛ bo-
no ⁊ malo vt spectãt ad irascibile superaddit̃ arduũ ex ta-
li acceptione põt sumi duplex passio.vna ex ipso bono vl'
malo:alia ex ipso arduo: vt spes sumit̃ respectu bõi:despe-
ratio respectu ardui: ⁊ timor respectu mali : ⁊ audacia re-
spectu ardui: ⁊ ira quç generat̃ ex audacia magis videtur
respicere arduũ. Mansuetudo võ qꝛ põt procedere ex ti-
more:potest respicere ipsum malũ. Dicamus ergo ꝙ pas-
siones cõcupiscibilis multiplicant̃ ꝭm sex acceptiones: vt
ꝭm tres acceptiones boni: ⁊ tres mali:tamẽ qꝛ in talibus
bonũ ⁊ malũ sumunt̃ absolute ꝭm vnã acceptionẽ oritur
vna passio tantũ:adeo sunt sex passiones ꝭm sex acceptio-
nes. Passiones võ irascibilis oriunt̃ ex triplici acceptiõe
tm̃: vt ex vna acceptiõe boni: ⁊ duplici acceptione mali.tm̃
qꝛ ex q̃libꝫ acceptiõe sumunt̃ duç passiones. ⁊ hoc ꝑꝑ rõnẽ
ardui additã cuilibꝫ acceptioni:cũ hꝫ tria faciunt sex:tot
passiones erunt in irascibili:quot in cõcupiscibili ꝯnume-
rando mansuetudinẽ inter alias passiones qd quõ eẽ pos-
sit superius est expressum. modi tamẽ oppositionũ erunt
plures in irascibili: vt est ex habitis manifestum. ¶ Hoc
viso notandũ:ꝙ licꝫ passiones assignatç sint duodecim:q̃li-
bet illarũ põt habere diuersos effectus. vt grã. ⁊ extasis: ⁊
talia possunt esse effectus amoris: frigiditas membrorũ:
⁊ rubor faciei pñt esse effectus timoris:licꝫ nõ idẽ timor
causet hoc ⁊ illud. Naz timor mortis ꝓpter sanguinẽ cõ-
currẽtẽ ad cor:causat frigiditatẽ in membris:timor vero
inglorificationis:qꝛ honor est bonũ extrinsecũ ꝓpter san-
guinẽ cõcurrente ad exteriora causat ruborẽ in facie. Vñ
erubescentia est species timoris: ⁊ etiã potest esse effectus
eius:aliter ⁊ aliter sumpta:sic etiã ⁊ tristitia habz multas
species. Assignantur aũt et spẽs misericordia.nemesis:in-
uidia: ⁊ zelus:quç quõ accipiunt̃:qꝛ de oĩbus his infra ha-
bebimus in prosequendo patebit.

SUnt autez passiones ꝓpter quas-
cunqz cõmoti differũt ad iudicia:
ad quas sequitur tristitia ⁊ delecta-
tio:puta ira:mĩsicordia:timor : ⁊
quecũqz alia talia: ⁊ his contraria.

¶ In parte ista phs vult determinare de his:ꝭm quç fit ꝑ-
suasio ex parte auditoris.hmõi aũt sunt passiones:qꝛ audi-
tores aliter ⁊ aliter passionati aliter ⁊ aliter iudicãt: ⁊ sũt
etiã talia:etates:fortunia ⁊ infortunia:qꝛ ꝭm hoc efficiũt̃
in nobis aliç ⁊ aliç passiones: ⁊ ꝭm ea aliter ⁊ aliter iudica-
mus. Duo ergo facit phs:qꝛ ꝑmo determinat de passioni-
bus.scdo determinat de etatibus fortunijs ⁊ infortunijs.
Scda pars ibi.(Mores aũt qualis quidã.) Ut autez ha-
beamus ordinẽ passionũ ⁊ modũ earũ:ꝓut de eis in hoc
scdo determinat phs notandũ:ꝙ lꝫ sint duodecim passio-
nes modo : quo dictũ est.nõ tamẽ de omnibꝰ illis in hoc
scdo determinat phs. Nõ eni determinat de delectatiõe:
qꝛ de ea sufficienter determinatũ fuit in ꝑmo libro in tra-
ctatu de accusatione ⁊ defensione. Rursum non determi-
nat de abominatione ⁊ desiderio.nã abominatio orit̃ ex
odio:desideriũ vero ex amore:qui ergo bene cognoscit ra-
tionẽ amoris ⁊ odij:de facili inuestigare põt quid sit desi-
deriũ ⁊ abominatio. Propter qd cũ sint sex passiones ꝯcu-
piscibilis:tamẽ in hoc scdo nõ determinat nisi de tribꝰ illa-
rũ. vꝫ. de amore: ⁊ odio: ⁊ tristitia sic: ⁊ non determinat de
omnibus passionibus irascibilis:naz cũ spes reseruetur in
audacia: ⁊ desperatio videat̃ esse in timore:non determi-
nat de spe ⁊ desperatione:sed de alijs passionibus irascibi-
lis. vꝫ de timore ⁊ audacia:de ira ⁊ mansuetudine. ¶ Itẽ
notandũ ꝙ licꝫ ira sit fere vltima passio in via cognitio-
nis ⁊ temporis.tamẽ qꝛ inter ceteras passiones ira videt̃
manifestior.ideo ꝑmo determinat de ea q̃ de alijs passio-
nibus. Hoc viso dicamus ꝙ phs determinãdo de hꝭ pas-
sionibus duo facit:qꝛ ꝑmo determinat de passionibus ꝭꝫ
importãtibus motũ. Scdo determinat de tristitia vel spe-
ciebus eius. vt misericordia: ⁊ nemesi: ⁊ inuidia: ⁊ zelo:quç

videtur importare mutationē vel mutatū esse: vt patet ex ipsa tristitia. cuius sunt species. que hic importantur. Scđa pars ibi. (Qualia aūt sūt miserabilia.) Ordo aūt partiū patet: quia sicut moueri precedit mutatū esse: sic passiões que sumuntur ex motu sunt priores eis: que sumuntur ex mutato esse. Prima pars diuiditur in duas: q2 pmo determinat de ipsis passionibus importātibus motū. Scđo determinat de erubescentia. Scđa pars ibi. (Qualia autē erubescūt.) Ordo aūt partiū patet: q2 causa pcedit suū effectū: ⁊ genus prius est suis spēbus: ⁊ etiā illa spēs. in qua magis reseruatur genus. ⁊ meretur nomen generis. est prior alijs speciebus. Circa pmū tria facit: quia pmo determinat de ira ⁊ mansuetudine ei opposita. Scđo determinat de amore ⁊ odio: qđ ei opponitur. Tertio determinat de amore ⁊ audatia. que habēt oppositionē ad ipsaʒ. Scđa ps ibi. (Quos aūt amāt.) Tertia ibi. (Qualia aūt timēt.) ¶ Ordo aūt istarū partiū ex hoc sumi pōt. nam pmo determinat de ira ⁊ eius opposito: q2 ira inter ceteras passiones videtur manifestior: ppter qđ si nō est prior ordine generationis: videtur tamē prior ordine notitie: qui in doctrina videtur maxime attendendus. Pars autē de amore ⁊ odio: que sunt passiones concupiscibilis precedit partem de timore ⁊ audatia: que pertinent ad irascibilē: que passiones concupiscibilis importantes motū precedūt passiones irascibilis ordine generatiōis ⁊ etiā ordine doctrine: vbi huiusmōi passiones essent valde manifeste: sm q2 est ira. Prima ps diuiditur in duas: q2 pmo determinat de ira. Scđo determinat de mnditate: vel de mansuetudine ei opposita: ⁊ patet ordo: q2 mansuetudo reducitur ad genus passionū ratiōe ire: ad quā habʒ aliquē modū oppōnis: vt patuit. Secūda pars ibi. (Quoniā aūt irasci.) Circa primū duo facit: q2 primo describit quid est passio. Scđo dat modū icedēdi circa tractatū de passionibꝰ. Scđa pars ibi statiʒ post. (Opʒ aūt diuidere.) ¶ Dicit g pmo: q2 passiones sunt ille: ppter quas hoies cōmoti differūt ad iudicia. ad. si differēter iudicant: ⁊ ad quas sequitur delectatio ⁊ tristitia: q2 sicut semper ad motū sequitur aliqđ mutatū eē: ita ad oēʒ passionē: vt est quedā cōmotio. ⁊ quedā motus sequitur delectatio ⁊ tristitia: que modo: quo patuit importāt eē mutatū: ⁊ exēplificat de huiꝰ passionibꝰ: cū ait. puta ira. misericordia. timor: ⁊ queçūq2 alia ⁊ alia: ⁊ his cōtraria supple sunt etiam passiones. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oportet aūt diuidere que circa vnūqđq2 in tria. Dico aūt: puta de ira: qualr dispositi iracundi sunt: ⁊ quibus consueuerunt irasci: ⁊ in quibus rebus. Si eni vnuʒ quidē aut duo habeamus horū: omnia autem non: impossibile vtiq2 erit iram efficere. similiter autem: ⁊ in alijs. Sicut igitur ⁊ de antepositis tradidimus ppositiones: ita ⁊ de alijs faciamus: ⁊ diuidamus: ⁊ dicamus predicto modo.

¶ Dat modū procedendi. Et duo facit: q2 primo dat huiꝰ modū. Scđo determinat de passionibus sm modū pectatum. Scđa ibi. (Si aūt ira.) Dicit ergo: q2 circa vnumqđq2 opʒ diuidere in tria. i. circa vnāquāq2 passioneʒ sunt tria determinanda. Et exponit se dicēs. Dico aūt. puta de ira determinandū est: qualiter sunt dispositi iracundi: ⁊ q2bus consueuerūt irasci: ⁊ in qualibꝰ rebus: ⁊ subdit causaʒ: q2 si habeamus vnū horū dictorū: aut duo: ⁊ non habeamus oia impossibile erit efficere iram. idest nō poterit eē ira: ⁊ qđ dictū est de ira intelligendū est similr in alijs passionibus. Addit aūt q2 sicut de antepositis. idest de laudabilibus ⁊ vtilibus tradidimus ppositiōes: ita ⁊ faciemus ⁊ de his. idest de passionibus: dicit enim ⁊ distinguet siue diuidet propositiones de passionibus predictis modo: q2 sm illa tria. que tetigit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sit autem ira appetitus cum tristitia punitionis apparentis propter apparentem paruipensionem eorum: que in ipsum: aut in ipsius aliqua non conuenienter.

¶ Exequitur de passionibus. Et primo de ira: ⁊ tria facit: q2 primo diffinit iram. scđo ex diffinitione data elicit quedā que vliter reperiuntur in ira. Tertio determinat circa iram illa tria: que dixerat determinanda esse circa quālibʒ passionē. Scđa ps ibi. (Qm̄ aūt h̄ est ira.) Tertia ibi. (Qm̄ aūt paruipensio.) Dicit ergo pmo: q2 ira est appetitus cuʒ tristitia apparentis punitionis. noʒ ex hoc irascitur: q2 appetit q2 inimicus suus puniatur apparenter: q2 si nullus faceret talē punitionē: nō satisfieret irato: ⁊ q2 talē punitionē nō hʒ: adeo tristatur: ⁊ ex tali tristitia consurgit ira. Taleʒ autē apparentē punitionē appetit iratus q2 ppter apparenteʒ paruipensionē eorū: que in ipsuʒ: aut in ea que sunt ipsius: vt in vxorē: aut in filios: aut in aliqua nō couenienter: nā homo non solū irascitur: q2 manifeste paruipenditur ipse: vl aliquid ipsius. sed etiā assurgit in iram: si modo nō conuenienti paruipendatur extraneus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniā autē hec est ira: necesse euʒ: qui irascitur irasci semp singularū alicui: puta Cleoni: sed non homini: ⁊ q2 in ipsum: aut aliquid eorū: que ipsius fecit: aut facturus erat.

¶ Ex diffinitione data elicit quedā: que vniuersalr sunt in omni ira: ⁊ duo facit: q2 duo talia assignat. Nam pmo ostēdit: q2 semper ira est respectu singulariuʒ. Scđo q2 ad oēʒ iram sequitur delectatio. Scđa ibi. (Et ad omnē.) Dicit ergo: qm ira est h̄ qđ dictum est: vt q2 homo irascitur: quia appetit vindictā: ⁊ eo qđ est apparenter paruipensus. cū hō in communi non paruipendatur: sed semper aliquis singularū cōmittat iniuriā: necē est eū q irascitur: sp irasci alicui singularū puta Cleoni: ⁊ non hoi. i. nō irascitur Cleoni vel alij singulari: qui fecit iniuriā. q2 fecit iniuriaʒ: aut facturus erat in ipsum: aut in aliud eoꝝ. que sunt ipsius. idest q̄ pertinēt ad ipm: vel saltē reputat ptinere. ¶ Deīde cū. d.

¶ Et ad omnē iram sequi aliquā delectationeʒ a spe puniendi. Delectabile quidem enim existimare adipisci ea: que appetuntur. Nullus aūt ea que apparēt sibi ipossibilia appetit: iratus autēʒ appetit sibi impossibilia: ppter quod bene dictuʒ est de ira: que multo dulcior est melle distillante: que in pectoribus virorū crescit.

¶ Ostendit ad omnē iram sequi delectationē. Et duo facit: quia primo facit quod dictū est. ⁊ dat causaʒ dicti. Scđo illi cause addit aliā causam. Scđa ibi. (Assequitur enim ⁊ delectatio.) Dicit ergo: q2 ad omnē iram necesse est seq aliquā delectationē. ⁊ ista delectatio cōsurgit a spe puniēdi: delectatur eni iratus: quia sperat adipisci punitionem quā appetit. delectabile enim est extimare adipisci eaq̄ appetuntur. Cum ergo nullus appetat sm electionē ea que sibi apparent impossibilia: cū iratus eligat punitioneʒ: iratus appetit sibi possibilia. ergo extimat se puniturum: ⁊ in hoc delectatur. Propter qđ bene dictū ē qđ dicebat Homerus: q2 ira est multo dulcior melle distillante: quia ira crescit in pectoribus virorū. idest in cordibꝰ virorū: quia homines iracundi videntur hoies cordati: ⁊ hec auctoritas

¶ Assequitur

tas habita fuit in p° lib. capl'o de delectatiõe. ¶ Deinde. c. d.

¶ Assequitur enĩ ⁊ delectatio quedã: ⁊ ppter hoc: ⁊ propterea quia demoratur in puniendo mente. Que igitur tũc infert fantasia: delectationem facit: sicut que somniorum.

¶ Assignat secundã causam huiꝰ dicens: q̄ quedam delectatio assequitur iram ppter hoc: idest ppter causam iaz dictam. vt propter spez punitionis: ⁊ ppterea. idest ppter aliam causam: vt q: demorantur siue permanent mente in puniendo. nam iratus apprehendit in mente sua punitionem: ⁊ tenendo in mente punitionẽ: ⁊ permanendo in tali cogitatione gaudet: ⁊ quilibet delectat̃ in cogitando que appetit. ideo subdit: q̄ fantasia tunc. sciꝫ quia iratus cogitat de punitione: infert delectationẽ. Nam sicut in sõnis delectamur cũ cõcurrũt nobis fantasmata delectabiliũ: sic in vigilando delectamur cũ de dilectabilibus. ⁊ his que appetimus cogitamus.

Quoniam autem paruipensio est actus opinionis.

¶ In parte ista phs exequitur de ira: illa tria: que dixerat determinãda esse de quali bꝫ passione. vnde tria facit: q: primo ostẽdit in qbus: ⁊ propter que est ira. Scdo manifestat qualiter dispositi: vel quali se habẽtes irascũtur. Tertio declarat quibus irascũtur. Scda pars ibi. (Manifestũ igitur ex his.) Tertia ibi. (Irascunt̃ aũt ⁊ dendẽtibus.) ¶ Propter primũ notandũ: q̄ vt põt patere ex habitis apparens paruipensio est causa ire. Uolentẽ ergo determinare in quibus rebus: ⁊ ppter que habꝫ esse ira: opꝫ primũ determinare de paruipensione. Tria ergo facit phs: q: primo diffinit: vel describit paruipensionẽ. Scdo diuidit ipsam assignando eius spẽs. Tertio ex hoc inuestigat causaꝫ ire: ⁊ in quibus rebus hꝫ esse ira. Scda pars incipit ibi. (Tres autẽ sunt species.) Tertia ibi. (Causam aũt delectationis.) Circa primũ duo facit. q: primo ponit descriptionẽ paruipensionis. Scdo declarat eam. Scda ibi stati post. (Circa id quod nullo.) ¶ Dicit ergo primo q̄ paruipensio est actus opiõis. idest actus extimatiõis siue reputationis: vt sonat alia lr̃a: q: non est paruipensio nisi circa id: qđ extimat̃ ⁊ reputatur aliquid. Nã si alicui inferatur nocumentũ quantũ ad illud: qđ est nullius ponderis: ⁊ nullius reputationis: non dicit̃ in hoc villipendi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Circa id: qđ nullo dignum videtur. Etenim mala ⁊ bona ⁊ digna putamus studio esse: ⁊ tendentia: quecũqꝫ aũt nihil: aut modica valde nullo digna existimamus.

¶ Declarat qđ dixerat dicens: q̄ circa id: qđ nullo reputat̃ dignum. idest q̄ nullam dignitatem habꝫ. ⁊ non est alicuius reputationis: supple non est paruipensio: ⁊ subdit cãm quia mala ⁊ bona ⁊ tendentia. idest ⁊ precedentia siue sequentia ex malis ⁊ bonis putamus esse digna studio: q̄re quecũqꝫ mala: vel bona: aut pcedentia ex talibus sunt nihil: aut modica valde: extimamus ea esse digna nullo studio. Cum ergo villipensio: ppter quã est ira: faciat nos studiosos ⁊ attentos ad faciendũ vindictã circa ea: que nullo studio digna sũt. villipensio eẽ nõ põt. ¶ Deĩde cũ dicit.

¶ Tres autem sunt species paruipensionis: despectus: ⁊ epyreasmus: ⁊ contumeliatio.

¶ Diuidit paruipensionẽ. Et duo facit: q: primo ponit diuisionẽ. Scdo declarat membra. Scda ibi. (Quienĩ despicit.) Dicit ergo: q̄ tres sunt species paruipensionis despectus: ⁊ epyreasmus: ⁊ cõtumeliatio. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Quod enĩ despicit: paruipendit: qđ enĩ putant nullo digna esse: hoc despiciunt. Que aũt nullo digna paruipendunt.

¶ Declarat membra diuisionis. Et tria facit: q: primo ostẽdit: q̄ despectus est species paruipensionis. Scdo ostẽdit hoc de epyreasmo. Tertio de contumeliatione. Scda ibi. (Et qui epireaçat.) Tertia ibi. (Et cõtumelians autẽ.) Dicit ergo primo: qui despicit: paruipẽdit. idest despectus est quedã paruipensio. nam ille ppter despicit aliũ: q non reputat ipsum dignũ aliquo: ⁊ ideo subdit: q̄ hoies hoc respiciunt: que nullo reputãt esse digna. que sunt autẽ talia. sciꝫ nullo digna hoies paruipendunt. ergo despicere est paruipendere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et qui epyreazat videt̃ despicere. Est enim epyreasmus impedimentuꝫ volũtatis: non vt aliquid sibi: sed vt non illi.

¶ Ostendit hoc idem de epyreasmo: nã despectus: vt hic accipitur: idem est q̄ nõ reputare aliũ dignũ aliquo. Epyreasmus aũt idem est q̄ impedire aliũ: ne cõsequat̃ volũtatẽ suã. Forte enĩ epyreasmus dicit̃ ab epy: qđ est supra: ⁊ pheresis: qđ est electio: vel volũtariũ: q̄si velle eẽ supra volũtatẽ alteriꝰ. ideo dicit: q̄ q epyreaçat vr̃ despicere: q: epyreasmꝰ est ĩpedimẽtũ volũtati: nõ vt aliqd sibi: sꝫ nõ vt illi. nã qui impedit volũtatẽ alterius: ⁊ ex tali impedimento nullũ pfectũ: ⁊ nullũ nocumentũ credit inde puenire sibi: sed solũ intendit: vt ille nõ ꝯsequat̃ intentum de necessitate paruipendit: ⁊ nõ reputat illũ. ¶ Dei. c. d.

¶ Quĩ igitur non vt aliquid sibi paruipendit. palam enĩ: q̄ neqꝫ nociturũ existimat: timent enim: ⁊ non paruipendũt: neqꝫ prodesse vtiqꝫ nihil dignum verbo. Curaret enim vtiqꝫ vt amicus esset.

¶ Manifestat qđ dixerat dicẽs: palaꝫ eẽ qđ nõ credit idem sibi euenire aliqd: nec pfectus: nec nocumẽtũ. nã sic impediẽs nõ extimat aliũ nociturũ: q: tũc timeret ipꝫ: ⁊ nõ paruipẽderet: nec credit ipꝫ posse pdesse. vñ nõ reputat ipꝫ dignũ aliq̄: q: si hoc reputaret: curaret vtiqꝫ q̄ esset amicus suꝰ. penitus ergo epyreaçans paruipẽdit. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et contumeliꝫans aũt paruipendit. Est enĩ contumeliatio nocendi ⁊ contristandi: in quibus confusio est patienti: non vt aliquid fiat sibi aliud: sed vt delectetur. Qui enĩ contrafaciunt non contumeliꝫant: sed puniunt.

¶ Ostendit hoc idem de cõtumeliatione dicẽs: q̄ ɔtumelians etiã paruipendit. nam contumeliatio est volũtas nocendi ⁊ contristandi. Et his in quibus est confusio patienti. Nam ille contumeliçat: qui dicto vel facto aliq̄ infert nocumentũ. Habent ergo se ista tria per additionem. sciꝫ despectus: epyreasmus ⁊ contumeliatio. Nã despicere nõ plus dicit nisi aliũ nõ reputare. sꝫ epyreasmus supra hoc addit impedimentũ volũtatis. contumeliatio vero supra tale impedimentũ addit illationẽ nocum. Nãꝫ multi impediunt voluntatẽ aliorũ: ne consequant̃ qđ volunt: q̄ tamen eis non inferant contumelias: nec verbis: nec verberibus. Addit autẽ q̄ contumeliçans hoc non facit: vt vindictam vel aliquid aliud fiat ibi: sed vt delectet̃. Nã qui cõtrafaciunt: non contumeliçant: sed puniunt: ppãe enim contumeliçator est: qui non ppter aliquid aliud: sed per se delectatur in contumelijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Causa autem delectationis contumeliꝫanti-

bus: quia putant: q ipsi male agentes excedant magis: ppter quod et iuuenes et diuites contumeliosi: excellere enim putant contumelias inferentes.

C Ex his que dicta sunt inuestigat causam ire: et in quibus habet esse ira. C Ad cuius euidentiã notandũ: q vt tactũ est paruipensio est causa ire. Ad paruipẽsionẽ aũt tria cõcurrunt. Primo persona paruipendens. Scdo psona paruipensa. Tertio res illa fz quã bz esse paruipensio. In determinando aũt cãm ire, put bz esse p paruipẽsionẽ tria facit: q2 p̄ oñdit qñ et quo bz eẽ paruipensio ex pte paruipẽdẽtis. Scdo ex pte psone paruipense. Tertio ex parte rei fz quã bz esse paruipensio. Scda pars ibi. (Cõtumeliatiõis aũt.) Tertia ibi. (Cõuenire aut putãt.) Dicit ergo p̄mo q causa delectationis contumeliçantibus. est causa quare aliqui delectantur in contumelijs: siue causa paruipensionis ex parte paruipendentis est. q2 ipsi paruipẽdentes putant: q male agentes siue contumelizantes excedant magis alios. et acquirant inde quandã et excellentiã et honorẽ: vnde diligentes excellentiã sunt magis contumeliosi. adeo subdit q iuuenes et diuites sunt cõtumeliosi: quia inferentes cõtumelias putãt alios excellere. C Dei. c. o.

C Contumeliatiõis aũt dehonoratio. Qui enim dehonorat paruipendit. Q̄d enim nullo dignũ nullum habz honorẽ: neq3 mali: neq3 boni.

C Ostendit causam paruipensionis ex parte personç paruipensç: huius autem causa est dehonoratio. Nam ppter hoc aliquis paruipendit: qui non honoraẽ. ideo ait: q2 contumeliationis est dehonoratio sumpta: vt alia littera supplet. nam qui dehonorat aliũ: paruipendit illũ. nam ille est dehonoratus: et nullũ habz honorẽ. que reputam9 nullo dignũ: neq3 mali: neq3 boni. Nam hec est paruipẽdere non reputare aliũ alicuius ponderis: nec in malo. nec i bono: vt habet alia littera. C Deinde cum dicit.

C Propter quod dicit iratus Achilles dehonorauit me. Accipiens enim hz venerationez ipse auferens: et ac si aliquem inhonoratũ preter surgentem tanq̃3 ppter hoc iratus.

C Manifestat quod dixerat ostendens non honorare facere ad cõtumeliã: et esse cãm irç. Vñ ait: q iratus Achilles dicebat dehonorauit me. Irascebaẽ enim eo ipso: q nõ honorabaẽ. Nam accipiens honorem ab alijs habz venerationem ab eis. ipse ergo non honorans est auferens huiũ venerationẽ. Ac si aliquis dicat se ĩhonoratũ preter surgẽtem. i. dest preter hoc q alias nõ assurexit sibi: et ideo tãq3 ppter hoc iratus. Consueuerunt enim homines reputare alios damnificantes: si non dederunt eis esse lucrum: q̃d potuerunt: sic etiã3 non honorare reputãt sibi ad cõtumelias: ppter quod ipsa inhonoratio videẽ cã contumeliç: et videtur esse id: ppter quod est ira. C Deinde cum dicit.

C Conuenire autẽ putant magnipendi a minoribus: fm genus: fm potẽtiã: fm virtutẽ: et totaliter in ipso: in quo excedunt multum: vt pecunijs diues pauperem: et in loquendo rhetoricus impotentem loqui: et principans subiectum: et arbitratus dignus ad principãdũ eu3 qui dignus subijci.

C Ostendit in quibus habet esse vilipensio. Et tria facit: quia primo facit q̃d dictu3 est. Scdo quod dixerat manifestat per dictũ cuiusdam poetç. Tertio ostendit quid aggrauat huiusmodi vilipensionez. Scda ibi. (Propter quod dictum est.) Dicit ergo primo: q homines excellentes putant conuenire. i. dest credunt: q sit cõueniens ipsos magnipendi: et haberi in magno põdere a minoribus. fm genus: fm potentiã: fm virtutez: et totaliter in ipso: in quo excedunt alios multum volũt haberi in honore: siue illõ sit nobilitas generis. siue potentia ciuilis: siue virtus aliqua: et si in eo non honorantur: irascuntur. Et ponit multa exempla: vt quia diues excedit pauperez in pecunijs: rhetoricus excedit potentem loqui. i. dest vulgarẽ: et ydiotam qui habet potentiã ad loquendũ: nescit tamẽ ipsam ordinate: huiꝰ autem ydiotam superat rhetoricus in loquendo: et principans superat subiectum. i. dest seruu3. et ille qui arbitratur: et reputat se dignum ad principandũ. credit superare illum: qui est dignus subijci. In his aũt excellẽtes si non honoranẽ hoies irascunẽ: ppter q̃d apparet in qualibus rebus hz esse ira. q2 potissime hz esse in his: ppter q̃ videẽ hoibus: q deprimãẽ in suis excellẽtijs. C Dei. rẽ.

C Propter quod dictũ est. Ira autem magna est a Ioue educatorũ regu3: et alias autez posterius hz irã. Indignanẽ enim pp excellẽtiam.

C Manifestat q̃d dixerat per dictũ cuiusdã poetç dicẽtis: q ira magna est a Ioue: qui est de numero educatorũ regũ. i. nobiliũ regnũ: vt hz alia lrã: et alias. i. dest iterũ siue posterius hꝰ Iupiter deniq3 portat irã. s. vt pficiat voluntatẽ suã: indignaẽ enim Iupiter: vel idignaẽ et irascunẽ hꝰ excelsẽs ppter excellẽtiã: ppter q̃d declaratũ est: q rõne excellentiç: in qua quis cogitat se depressum: cõsurgit indignatio et ira. C Deinde cum dicit.

C Adhuc a quibus aliquis putat debere bene pati. Isti autez sunt quibus benefecit: aut ipse aut aliqs suorum: aut per ipsum: aut volitum est: aut volitum fuit.

C Addit quomõ aggrauaẽ hꝰ iniuria: vel quomõ augmẽtatur cã irç: q2 hoc maxie fit qñ paruipẽdẽs est amicus: vel est hñ passus. vel ait: q adhuc maxie quis indignaẽ qñ nõ honoraẽ a quibus putat se debere bene pati. Isti autem sunt illi: quibus bene fecit: aut fac: et hoc aut ipse: aut aliqs suoz: aut p ipm volitũ fuit: q tales beneficiarenẽ: vel pp q̃d reputat se dignũ hñ pati et beneficiari: vel honorari ab eis: et cum hoc non fit: indignatur magis.

Anifestum igiẽ iam qualiter habentes irascũtur ipsi: et quibus: et propter que.

C Postq̃3 phs ostẽdit q̃d est paruipensio pp quã hz esse ira: et diuisit paruipẽsionem in suas spẽs: et assignauit cã3 cõtumeliationis: siue paruipensionis. et ostendit in q̃bus hoies volunt magnipẽdi: q̃d faciendo ostendit ppter quid hz esse ira: et in quibus rebus: q̃d erat vnũ de declarãdis circa irã. Hic in parte ista ostẽdere intendit: qualr dispositi irascuntur: quod scdo dicebaẽ declarandũ: et q2 ex habitis supra aliq̃ modo manifesta sunt oia tria: que dicebãtur declaranda de ira: ideo duo facit: quia primo infert per modu3 cuiusdam conclusionis illa tria esse declaranda de ira. Scdo complet delectationem suam. Secunda ibi. (Ipsi quidẽ enim.) Dicit ergo q manifestu3 est ex his: que dicta sunt qualiter se habentes irascuntur: quia excellentes plus irascuntur q̃3 alij. Et etiam manifestum est quibus irascuntur: quia his a quibus debent honorari: si nõ honorantur et propter quecunq3 propter apparentem paruipensionem. C Deinde cum dicit.

¶ Ipsi quidem enim cum tristantur. appetit. n. aliquid qui tristatur: siue directe contra molestet quis: vt sitientes quantum ad bibere: siue non idem videtur facere: et siue contra agat aliquis: siue non cooperetur: siue in aliquo quis molestet: sic habens omnibus irascitur.

¶ Quia nõ perfecte determinatũ est p habita qualr se habẽtes: et quõ dispositi irascitur. iõ hoc declarat supplẽdo: ꝙ ibi defecerat. Et duo facit: quia prio ondit. qualr hñtes irascunt. Scdo manifestat quõ intenditur in eis ira. Secunda pars ibi. (Maxime qdẽ ad potẽtes). ¶ Circa pᵐ duo facit: quia primo facit qd dcm est. Scdo ↄcludit intentum. Scda pars ibi. (Propter qd infirmi). ¶ Propter pᵐ notandũ: ꝙ hoies positi in tristitia et in passiõe sũt magis irascibiles q̃ alij: quia tales in appetitu existẽtes et nõ valẽtes persequi quod intendũt: vr eis ꝙ quilibet impediat eoꝝ voluntates: et quia vna spẽs paruipensionis est impedimẽtum voluntatis: adeo tales citius irascũtur. hoc est q̃ qd ait: q: ipi quidem hoies sunt magis irascibiles cũ tristant. Et subdit cãm: quia ille qui tristatur appetit aliquid. siue g directe aliquis contra molestet ei: vt siquis sitienti infert molestiaz q̃tũ ad bibere: siue non directe molestet ipsum: adẽ vr facere: quia semp passionatus reputat: ꝙ ille ipediat suũ appetitũ: iõ subdit: ꝙ siue agat aliquis ↄ passionatũ et tristem: siue nõ cooperetur ei. siue in alio qs molestet eum: semp sic hñs. i. sic contristatus: et in passione existens omnibus irascitur. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Propter quod infirmi egentes: amantes: sitientes rõnaliter concupiscentes: et non assequẽtes iracundi et facile.

¶ Concludit intentũ. s. ꝙ infirmi et egẽtes: amantes: sitientes: et rõnalr ↄcupiscẽtes: et in tristitia existẽtes. et nõ assequẽtes: qd intendũt sunt facile irascibiles. quia videtur eis: ꝙ q̃libet eoꝝ appetitum impediat. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Maxime quidem ad presentes paruipendẽtes: puta laborans qdem ei: qui ad egritudinem: egentes aũt eis: qui ad egestatem: bellans aũt eis: qui ad bellum: amans autem eis: q ad amorem. Similiter autem et alij.

¶ Ondit quõ incendit hõi ira. Et duo facit: quia primo facit quod dcm est. Scdo ex iam dictis infert. ꝙ de facili debemus cognoscere: que sunt etates et tpa: et dispositiones: in qbus hoies sũt d facili mobiles ad irã. Scda ps ibi. (Propter qd ad tpa). ¶ Propter pᵐ notandũ: ꝙ in hoibus passionatis maxime intẽdit ira: si molestant circa illa: quoꝝ passione tenent: tñ si molestant circa alia: irascunt: sz non tñ tunc tñ potissime irascunt: vel potissime tristant qñ existẽtes in passiõe credũt adipisci intentũ: accidit eis ↄtrariũ: quod sperabant. Scdm hoc igit tria facit phs: quia pᵒ ostẽdit hoies passionatos maxime irasci: qñ molestantur circa ea: quoꝝ passione tenentur. Scdo subdit: ꝙ et si molestantur circa alia irascũtur. Tertio addit: ꝙ adhuc potissime irascunt et tristant: qñ accidit eis aliqd insperatum. Scda ibi. (Si aũt nõ). Tertia ibi. (Adhuc aũt si contraria). ¶ Dicit g primo: ꝙ hoies maxime qdẽ irascunt ad pñtes paruipendentes. i. ad eos: q eos molestãt in his: quorum passione tenentur pñtialiter: et exemplificat: puta laborans quidem irascitur ei: qui molestat ipsum q̃tum ad egritudinem: cuius passione pñtialiter tenet: egentes aũt eis: que ad egestatem. bellans aũt eis: qui ad bellũ: amãs aũt eis: q ad amantẽ. Silr et alij scdm ꝙ diuersis passionibꝰ tenent: sicut in his molestati magis irascunt. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Si autem non: et quodcũq3 impediat aliqd quis: preparatur. n. vnusquisq3 ad vniuscuiusq3 iram ab existente passione.

¶ Ondit ꝙ et alia molestia cãt irã. Unde ait: ꝙ si sic passionati nõ paruipendant: vel molestant in his: quoꝝ passione tenẽtur: vtputa: ꝙ amans nõ molestat in re amata: tñ quodcũq3 aliud paruipendat quis. i. in quocũq3 alio ipsum molestet irascit: quia est in passiõe: quia vnusquisq3 pparatur ad iram vniuscuiusq3 ab inexistente passione. i. ꝓpter passionẽ que existit in ipso. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Adhuc aũt si ↄtraria extiterint. Cõtristat eñi magis: qd multum inopinatũ: sicut et delectat qd multũ inopinatũ: si fiat qd volitum est.

¶ Addit qd potissime sequitur magna tristitia: si cõtingat ↄtrium speranti pp talem molestationem. iõ ait: ꝙ adhuc maxime irascitur: et maxime contristatur quis: si propter molestiam. i. paruipensionem alicuius molestantis extiterit contraria res eius: que speratur. Et dat cã3: quia magis cõtristat malum: qd est multum inopinatum: sic magis delectat bonum. quod est multuz inopinatum: si fiat quod ẽ volitum. i. si contingat scdm voluntatẽ. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Propter quod et tpa: et hore: et dispositiões et etates ex his manifeste: et que facile mobiles ad iram: et quando: et vbi: et ꝙ quãdo magis in his sunt magis: et facile mobiles. Ipsi qdem igitur sic habentes facile.

¶ Cõcludit ꝙ ex habitis possumus scire: que etates: et que dispositiones: et que tempora sunt ea: in quibus sumus facile mobiles ad irã. hoc est ergo qd ait pp qd et tempora: et hore: et dispõnes: et etates sunt ex his. i. ex dictis manifeste. Nam manifestũ est ex habitis: que etates sunt facile mobiles: et ad iram: et quando. i. que tempora: et hore: et vbi: et q̃ dispositiones. nam ille etates: et illa tempora sunt talia: in qbus homines magis tenentur passionibus. Et etiam ex hoc põt esse manifestum: ꝙ qñ homines sunt magis i his etatibus et temporibus: scdm que passionibus tenẽtur: sunt magis facile mobiles ad iram.

Irascuntur autem et deridẽtibus et subsanantibus: et conuiciantibus. contumeliam enim inferũt. Et in talibus necessitatibus quecũq3 sunt contumelie signa.

¶ Postq̃ ostensum est propter que ẽ ira: et qualiter se hñtes irascuntur. hic ostenditur: quibus irascunt. Diuidit. n. hec pars in tres partes: quia primo ostẽditur in quadam vniuersalitate: qbus hoies irascunt. Secundo manifestat quõ augmentatur talis ira. Tertio ponunt spẽales ppositiones per quas inuestigãt qbus irascũtur. Scda pars ibi. (Obsequentibus). Tertia ibi. (Et his qui consueuerant honorare). ¶ Propter primũ duo facit: quia primo ponit intentionẽ suam. Scdo declarat qd dixerat. Scda pars ibi. (Necesse aũt talia). Dicit ergo primo: ꝙ irascuntur deridẽtibus et subsanãtibus: et ↄuiciantibus. Deridentes sunt illi q verbis: vel et aliqbus gestibus derident alios. Subsanatores autem proprie sunt: qui rugato et ↄtracto seu distracto naso derident. vñ derisio cõiter sũpta ẽ in plus q̃ subsanatio. Dat aũt cã3 q̃re talibus homines irascũtur: quia ↄtumeliã inferũt. Addit ꝙ hoies irascunt nocentibꝰ. i. his: q nocẽt in talibꝰ: que sunt ↄtumelie signa: eiꝰ sũt derisiões: subsanatões: et ↄuicia. ¶ Deide etc.

Necesse talia esse: que neq3 pro aliquo: neq3 pficua facientib⁹. Iā.n. videret in ptumeliam.

Declarat qualia sunt signa ptumelie: q2 sunt talia: q̄ nec p aliquo: reputa. si fierēt p vindicta: nec sunt pficua faciē tibus. Et qñ sunt talia eoipso viir iam esse in ptumeliaz. Nā ptumeliosus ppue est qui nō pper aliquid. sed q2 de lectatur contristat alios. Deinde cum dicit.

Et obloquentibus: τ despicientibus ea: circa que ipsi maxime student: puta qui in philosophia amāt honorari: siquis in philosophiā. Qui autem in specie: siquis in speciem: similiter autem τ in aliis.

Ondit q̄uo augmētatur talis ira. hoc aūt augmentū cōtingit fieri tripl'r. Primo ex pte rei: f̄m quā q̄s despicitur. Scđo ex pte psone despecte. Tertio ex pte psone despiciē tis. Scđm hoc ḡ tria facit. Scđa ibi. (Hoc aūt multo magis). Tertia ibi. (Et amicis magis). Ondit ḡ pmo q̄uo augmētat ira ex pte rei: f̄m quā est despectus. Nā τ si homines irascūtur oibus despiciētibus. potissime tñ irascuntur obloquētibus τ respicientibus ea: circa q̄ maxime ipsi studēt: putant hi q amāt honorari in phīa: irascūtur siqs in phiam. i. siue q̄tū in phiam eos despiciat: q aūt amant honorari in spē: aut in pulchritudine: irascunt siquis eos despiciat in spēm. alia tñ littera hz loco spēi ydea: τ posset exponi de ydea artis. Nā qui vellet honorari in qualibet arte irascitur si despiceretur f̄m illam. Similiter aūt est in aliis. Deinde cū dicit.

Hoc aūt multo magis: si suspicati fuerint nō existere ipsis: aut totaliter: aut non fortiter: aut videri. Sed cum valde putent existere in his: in quibus subsanantur: non curant.

Ostēdit q̄uo augmētatur ira ex pte psone despecte. Nā si qualibet irascunt: qñ despiciunt in eo: circa qđ studēt: potissime tñ τ multomagis irascunt: si pp talē despectionē suspicati fuerint nō existere ipsis illa aut totalr: aut nō fortiter: aut nō videri talia hēre: s3 cum hoies valde putāt existere in his: in qbus subsanant: de tali subsanatiōe nō curant. Notandū aūt: q qñ aliqs vult honorari in aliq: si in illo despiciat aliqñ. pp talē despectione illud nō existit in illo. aliqñ aūt pper despectionē nō tollit existē sed apparētia solū. Nā siquis honorari vellet q̄tū ad ciuilē potentiā: τ q multi post ipm irent: pper despectionē posset amittere talē potentiā: aut totaliter: aut f̄m partē: vt q2 nō hz ç que ita fortiter. sed siquis q̄tum ad phiaz honorari vellet: propter despectionem non tolleretur ab eo existentia phie: sed apparentia: q2 posset totaliter despi qđ non apparet tantus phus. Deinde cum dicit.

Et amicis magis q̄ non amicis: arbitrantur enim conuenire magis ab ipsis bene pati q̄ τ his: qui consueuerunt honorare: aut curare: si iterum non se habeant: etenim ab his putāt despici: eadem. n. vtiq3 facerent.

Ostendit q̄uo augmentatur ira ex parte persone despicientis: q2 si omnibus despicientibus irascuntur: magis tamen irascuntur homines amicis q̄ nō amicis. Arbitrant enim conuenire: τ esse ptinens magis bene pati ab ipsis amicis q̄ non bñ pati: vel q̄ despici. Deinde cū dicit. (Et his q ptsueuerūt). Dat spāles ṗsiderationes ad cognoscendum: qbus homines irascuntur. Et duo facit f̄m q duplr causat ira: irascitur enim quis cum aliquis forefacit in ipsum: τ cum forefacit in alios: que ad ipsuz pertinere vidētur. Primo ergo ponit propositiones: per quas cognoscimus: quibus irascimur: eo q despiciant ad nos ptinētes. Secunda pars ibi. (Adhuc paruipendentibus ad q̄nq3.) Circa primuz duo facit: q2 primo proponit propositiones sumptas ex ipsa cōicatione vite. Secundo ex parte eorum. cum quibus cōicamus in vita. Scđa ps ibi. (Et his qui in nulla.) Prima pars diuidit in tres f̄m q tres cōsiderationēs ponit. Scđa ibi. (Et his qui nō τc.) Tertia ibi. (Et his q contraria.) Prima ṗsideratio talis. Naz ga ipsa cōicatio in vita hoc efficit: q hoies cōicant cum aliis appetunt q eis reddant: q̄ consueuerūt: ideo hoies irascūtur his: q ṗsueuerunt honorare eos: aut curare de eis: si nō iteru sic se hēant. Et est rō: q2 putāt ab his despici: nā si nō despicerēt: eadē vtiq3 facerēt: q̄ prius faciebāt. Deīi τc.

Et his q nō bñfaciūt: neq3 equale tribuunt.

Ponit scđam consideratione. q homines irascuntur his: qui non cōtra benefaciunt: neq3 equalez retributionē retribuunt. postulat enim cōicatio in vita: q bene passus econtra benefaciat. Deinde cum dicit.

Et his qui contraria faciunt ipsis: si minores fuerint. Despicere enim omnes tales videnť. Et hi quidem vt minores. hi autem vt comparatione. τ qui minores.

Ponit tertiam considerationem q homines irascūtur his: qui contraria faciunt ipsis. i. his qui econtra cuz bene passi fuerunt: benefaciunt his: a quibus sunt bene passi dādo eis retributiones. si tamen huiusmodi retributiōes dāte minores fuerint q̄ acceperit. Et subdit cāz huius: quia omnes tales. s. taz illi: qui nihil: q̄z illi. qui minus retribuūt videntur despicere. Nam hi qui retribuunt reputant alios vt simpliciter minores. videtur. n. existimare: q homines eis seruiant ex debito: τ q non teneantur ad retributionē. hi autem qui retribuunt: sed non tantum: reputant alios f̄m quandam opinionem minores: τ hoc est despicere reputare minores alios. Deinde cum dicit.

Et his qui in nulla proportione sunt: siquid paruipendant magis. Supponitur enim ira paruipensionis ad non conuenientes. Conuenit autem minoribus non paruipendere.

Ponit considerationes sumptas ex his: cum quibus cōmunicamus. Et tria facit: q2 primo ponit hō considerationes: put sumunť per cōparationē ad minores. Scđo p cōparationē ad amicos. Tertio p comparationē ad eos: qui viir inimici. Secūda pars ibi. (Amicis aūt.) Tertia ibi. (Et exultātibus: τ infortuniis.) Dicit ḡ primo: q nos magis irascimur his. qui sunt minores: siue q sunt in nulla proportiōe ad nos: si quid. i. si aliquid contra nos minores paruipendant. Et est rō: q2 supponitur ex habitis: q ira est paruipensionis ad non conuenientes: etiam ergo non cōuenit minoribus paruipendere: si tales paruipendant: maxime prouocant contra eos iram. Deinde cum dicit.

Amicis autem: si non benedicant vel faciant τ adhuc magis si contraria.

Ponit considerationem per comparationē ad amicos. Et duo facit f̄m q duas tales ṗsiderationes ponit. Scđa ibi. (Et si nō intēdant). Dicit ḡ primo: q hoies irascuntur amicis: si eis non benedicant: vel nō benefaciant. Et ad hoc magis irascuntur eis: si faciant contraria: τ si maledicant vel si malefaciant. Deinde cum dicit.

Et si non intendant indigentibus: sicut Plesippus Antifontis meleagre paruipensione

enim non intendere signum. Ea enim que curamus non latent.

¶ Ponit scdam psiderationē: q̄ hoīes irascūtur amicis: si nō intēdāt eis: sicut Plexippus Antifontis irascebat̄ Meleagro. Et subdit cām. q2 non intendere est signum paruipensionis: nam ea que curamus: τ nō paruipendimus. nō latent nos: sed sumus intenti circa illa.

Et exultantibus infortunijs: τ totaliter his: qui boni animi in ipsorum fortunijs. Aut enim inimici: aut paruipendentis signum.

¶ In parte ista ponuntur consideratiōes per comparationē ad eos: qui se habēt: ac si essent inimici. Et tria facit ſm q̄ tres psideratiōes pōit Scda ibi. (Et his q nō). Tertia ibi. (Et his qui aut). Dicit ḡ q̄ hoīes irascunt̄ exultantibus infortunijs. i. gaudentibus de malis eoꝝ: τ totaliter τ maxime irascūtur his: q videbantur boni animi in ipsorum fortunijs. i. prosperitatibus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et his qui non curant: si contristauerint: propter qd̄ mala annūciantibus irascuntur.

¶ Ponit psiderationē scdam: q̄ hoīes irascūtur his: q non curāt si pristauerit. ppter qd̄ irascunt̄ mala annūciātib9: q2 tales: vt est videre: nō curāt contristare: τ habent se: ac si essent inimici. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et his qui aut audiunt de his: aut respiciunt ea: que ipsorum mala.

¶ Ponit tertiā psiderationē q̄ hoīes irascunt̄ his: qui aut audiunt: aut inspiciūt mala ipsoꝝ: si audiēdo: aut inspiciēdo nō pdicant vt possunt. Nā tales silēs sunt: aut paruipēdēntibus: aut inimicis. nā si essent amici. dolerent. Est enī amicoꝝ: q̄ qlibet reputet sibi malū alterius: amici malū ppriū. q2 ḡ oēs dolēt inspiciendo mala ppria: predicti vident̄ inimici nō amici. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Similes enim sunt: aut paruipendētibus ad quinqꝫ: ad quos sunt in admiratiōe: a quibus volunt in admiratiōe haberi: ad quos verecundantur: aut in confundentibus ipsos. In his si quis paruipenda: irascuntur magis.

¶ Ponit psiderationes sumptas put hoīes irascūtur paruipendentibus: τ ptinentia ad eos. Et duo facit. q2 primo ponit hm̄ psiderationes. Scdo talibus psiderationibus annectit quasdam psiderationes sumptas ex despectiōe ppria. Scda pa ibi. (Et grām nō reddētibus). ¶ Circa primū duo facit ſm q̄ duas psiderationes ponit. Scda ibi. (Et his q in talibus). Cōtinuat̄ ḡ sic: q̄ hoīes irascunt̄ nō solū paruipendentibus ipsos sed paruipendētibus pertinētes ad ipsos. nā potissime vīr irasci paruipēdētibus q̄tuoꝝ ad qnqꝫ genera hoīum. Primo si hō paruipendat eos: ad quos sunt in amore honoris. i. a qbus amant honorari. Scdo si paruipendant eos: ad quos sunt in admiratione: q2 quilibet delectat̄ in admiratione esse. Tertio si paruipendāt eos: a qbus volunt in admiratiōe hīi. Quarto si paruipēdāt eos: quos timent. Et qnto si eos: a qb9 timent̄ τ hīr in reuerēda. Et hec pconcordat cū alia lr̄a: vbi hr̄ ad quos verētur: τ in verētibus ipsos: nostra tñ littera hꝫ: ad quos verecundant̄. aut in cōfundentibus ipsos: τ in idem reddit. Nam hoīes: quos timemus ob reuerentiā: verecundamur: τ illa qui nō timēt ob reuerentiā τ timorē seipsos pfundunt: reputant se modicos τ prauos in cōparatione nostra. In his autē quinqꝫ generibus hoīum siquis paruipendat irascūtur magis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et his qui in talibus paruipendūt: i quibus turpe est ipsis non auxiliari: puta parētes: pueros: vxores: subiectos.

¶ Ponit scdam psiderationē. Q2 hoīes irascunt̄ ad eos: q paruipendūt in talibus: in qbus turpe est ipsis nō auxiliari eos: q paruipendunt̄: puta si paruipenderēt parētes: pueros. i. filios. vxores subiectos: siue subditos. ¶ Deinde cū. d.

¶ Et gratiaꝫ non reddentibus: preter pueniēs enim paruipensio benefacientibus.

¶ Postq̄ posuit psiderationes: ſm quas hoīes irascuntur paruipēdētibus ptinētes ad eos: hic redit ad ponendū cōsiderationes: ſm quas hoīes irascuntur: q2 paruipendantur in seipsis. Et tria facit ſm q̄ tres psiderationes ponit. Secūda ibi. (Et ironiçantibus). Tertia ibi. (Et his q sunt.) ¶ Prima psideratio talis. Q2 hoīes irascūtur nō reddentibus gratiam. Et est rō: q2 paruipensio est pter cōueniēa cum q sit pter conueniens non reddere grām benefacientibus: q sic se hñt: vīr paruipendere. Differt aūt ista consideratio ab illa superius posita. vbi dicebatur: q̄ hoīes irascuntur nō p benefacientibus. q2 ista est vlior illa: q2 reddere grās pōt esse sine bñfactione: vel ista pdiuidit̄ illi: vt grās reddere sumatur p subiectione: quā debent hoīes benefacientibus p benefacere non p retributione: his. n. duobus modis satisfaciemus benefactoribus honorādo eos: vel retribuēdo eis loquēdo de satisfactione ſm vitam politicā: vel loquēdo de satisfactiōe: quā vulg9 pcipit. Deīn.

¶ Et ironizantibus ad studentes. Despectiuū enim ironia.

¶ Ponit scdaꝫ psiderationē. τ potissime a studētibus. i. ad eos: q studēt circa talē ironiam. Et est rō: q2 q ironiçat̄ vr̄ esse qd despectiuū. Est aūt ironia spēs irrisionis. vñ ironice dr̄ loq: q derisione loqtur. Differt aūt hec psideratio a pmissa: tū q2 loqtur de spāli derisione nō supius tacta: tū q2 in hac irrisione ipotat̄ augmētū irç rōne studij. loquit̄ .n. h̄ de ironia nō qualibet: sed studiosa. ¶ Deinde cū dic.

¶ Et his q sunt alijs bene firmi: si nō τ ipsi. Et enim hoc despectiuum non significare ipsum quibus omnes.

¶ Ponit tertiā psiderationē. Et tria facit: q2 pmo ponit cōsiderationē ipsam. τ assignat cām eius. Scdo declarat qd̄ dixerat. Tertio epilogat circa determinata. Scda ibi. (Factiuū āt irç.) Tertia ibi. (Quib9 qdem igit̄.) Dicit ḡ p. q̄ hoīes irascunt̄ his: q sunt bñfactiui alijs: si nō bñfaciāt τ ipsis. Et ē rō: q2 h̄ vr̄ eē qd despectiuū nō significare ipm: τ nō bñfacere ipsi in his: i qbus omnes alios significat τ beneficiat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Factiuum aūt irç: τ obliuio velut τ non nominū existēs circa modicū: paruipēsiōis. n. vr̄ τ obliuio signū esse. Propter inimiciā qdē. n. obliuio fit: ppter inimiciā aūt paruipensio est.

¶ Declarat qd̄ dixerat. nā nō significāt τ obliuiscētes irascuntur: q2 obliuio ē factiuū irç: sic̄ obliuio ēq̄ est noium. Nāꝫ talis obliuio ē exñs circa modicū: q2 magis tenem9 i mēte modicā orōnē q̄ magnā: τ vnū nom̄ q̄ totā orōnē. Si ḡ ñ bñfacim9 alqa bñficia retribuēda: nō sum9 in amore nobis alicui9 cōputādo ips inter bñficiatores: vr̄ q̄ valde parū curemus de ipo. i. ō subdit̄. q̄ obliuio vr̄ eē signū paruipēsiōis: q2 sit obliuio pp inimiciā. i. pp nō curare de alio: inimicia aūt vr̄ paruipensio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quibus quidem igitur irascūtur: τ qūo ha-

bentes: ꝛ propter quod dictum est.

¶ Epilogat circa determinata. Et duo facit: qꝛ primo epilogat. Scdo q̄ dixerat de ira: adaptat ad artē rhetoricam. 2ᵃ ibi. (Palā aūt quō). Dicit ḡ q̄ dcm̄ est: qbus hoīes irascūtur ꝛ quō se hn̄tes irascunt̄: ꝛ pp̄ que. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Palam aūt quomodo oportebit vtiqꝫ ipsuꝫ efficere orationes tales: quales existētes iracū de hērēt: ꝛ ꝯtrarios his reos existētes: in qbus irascūtur: ꝛ tales qualibus irascuntur.

¶ Adaptat q̄ dixerat de ira ad ꝓpositū. ¶ Ad cuiꝰ euidētiā notandū: q̄ dicta de ira dupl'r deseruiūt rhetori. Primo i q̄tū rhetor ꝑ talia mouet iudicē ad irā. Scdo vo ꝓut ostēdit aduersarios eē tales. qbꝰ iudex debeat irasci: aut palaꝫ eē: quō oportebit ipm oratorē vel rhetorē efficere iudices ꝑ orōnē tales: quales exñtes iracūde se hūt: ꝛ ēt palaꝫ est quō rhetor pōt ostēdere ꝯrios. i. aduersarios existētes reos: his. i. ī his: i qbꝰ iudices irascunt̄. ꝛ eē tales: q̄libꝰ irascunt̄.

Uoniam aūt irasci contrariuꝫ est ei: qd̄ est mitescere: ꝛ ira mansuetudini. Sumenduꝫ qualiter se habentes mites sunt: ꝛ ad quos mā suete se habent: ꝛ ꝑ que mitescūt.

¶ In parte ista phs determinat de mitigitate: vel de mā suetudine: q̄ est opposita ire. Et tria facit qꝛ pᵒ dat modū ꝓcedēdi circa ipsam. 2ᵒ diffinit eā. 3ᵒ exeqtur de ipsa. Scda ps ibi. (Sit itaqꝫ mā suefactio). Tertia ibi. (Sigit̄ irascūtur). Dicit ḡ primo: q̄ qꝛ irasci ē ꝯriuꝫ ei passionu: q̄ est mitescere: ꝛ ira est ꝯria mansuetudini: sic de ira dicebamus qual'r se hn̄tes irascunt̄. ꝛ qbus: ꝛ pp̄ q̄: sic de mitigitate vel mansuetudine est sumendum: vel dicendū: qualiter se hn̄tes mites sunt: ꝛ ad quos mā suete se habent: ꝛ propter que mitescunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sit itaqꝫ mansuefactio: destitutio: ꝛ quietatio ire.

¶ Describit mā suetudinē vel mā suefactionē dicēs: q̄ mā suefactio est destitutio ꝛ q̄etatio ire. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sigit̄ irascunt̄ paruipendentibus: paruipēsio aūt est qd voluntariū. Manifestū q̄ ex his: nihil hoꝝ faciūt: aut inuoluntarie faciunt: aut apparentibus talibus mites sunt.

¶ Exeqtur de mansuetudine. Et tria facit fm̄ q̄ tria ꝓposuerat de ipsa. Nā pᵒ ondit qbus hoīes mites sunt. 2ᵒ q̄l'r se hn̄tes sunt mites. 3ᵒ pp̄ que mitescūt. Scda ibi. (Et hn̄tes aūt ꝯrie). Tertia ibi. (Quietat. n. ira tp̄s). ¶ Circa pᵐū duo facit. qꝛ pᵒ ondit qbus irascimur i q̄dā vlitate. 2ᵒ exequit̄ que dixerat in ꝑticulari. Scda ibi. (Et volētibus ꝯria). Dicit ḡ q̄ si hoīes irascunt̄ ꝑuipendētibus: ꝛ ꝑuipēsio est qd voluntariū: manifestuꝫ est: q̄ hoīes sunt mites his: q nō faciūt aliqd hoꝝ: q̄ pertinent ad ꝑuipensionem: aut si talia faciūt: faciūt inuolūtarie: aut ēt sunt mites his q apparēt tales: q̄ inuolūtarie faciūt. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et volentibus contraria coꝝ: que fecerunt.

¶ Que dixerat vl'r: ꝯsequitur ꝑticulariter. Tetigerat autē in vl'i duo genera hoīum: qbus hoīes sunt mites: vꝫ: nō paruipēdētes: ꝛ nō voluntarie faciētes. Duo ḡ facit in pte ista: qꝛ primo ponit considerationes de mansuetudine sūptas ex pte inuolūtarij. Scdo ex pte nō ꝑuipensionis. Secūda ibi. (Et humiliatis ad ipm.) ¶ Circa pᵐ tria facit fm̄ q̄ tres ꝯsiderationes ponit. Scda ibi. (Et his q ad seipsos.) Tertia ibi. (Et his q ꝯfitentur). ¶ Prima ꝯsideratio talis. Qꝛ hoīes sūt mites volētibus ꝯria eoꝝ: q̄ fecerūt: naꝫ habitū ē nō irascunt̄ nisi volūtarie faciētibꝰ. ¶ Deīn ꝛc.

¶ Et his qui ad seipsos tales: nullus enim ipse seipsum videtur paruipendere.

¶ Ponit scdam cō siderationē: q̄ hoīes sunt mites his eis: q sunt tales eis: q̄les sunt ad seipsos. Et est rō: qꝛ nullus se ipsum videt̄ ꝑuipendere. ꝛ dicit vl'r: qꝛ nullus volūtarie h̄ facit: vn̄ si aliquis se paruipendit: hoc est: qꝛ ignorat se paruipendere. Unde ista consideratio pōt reduci ad cō siderationes de inuolūtario: qꝛ quod fit per ignorantiā: inuoluntarie videtur fieri. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et his qui confitentur ꝛ penitent: tanq̄ eniꝫ habentes satisfactionem id: quod est tristari d̄ factis: cessant ab ira.

¶ Ponit tertiam considerationē. Et tria facit. Scdo ꝓbat quod dixerat per signum. Tertio ꝑ causam. Secūda ibi. (Signū aūt in seruoꝝ). Tertia ibi. (Cā aūt.) Dicit ḡ q̄ hoīes sunt mites his q ꝯfitent̄ ꝛ penitent: qꝛ iā vl'r nō voluntarie egisse. ꝛō subdit: q̄ hoīes id: qd̄ ē ꝯtristari d̄ factis hn̄tes tanq̄ satisfactionē q̄ inuniat̄ tristat̄. ¶ Deīn. c. d.

¶ Signum autem in seruoꝝ castigatione. Negantes quidem enim ꝛ contradicentes magis flagellamus: at confitentes auteꝫ iuste flagellari ꝛ quietamur ab ira.

¶ Manifestat qd̄ dixerat per signū. nam q̄ hoīes sunt mites his: q confitentur ꝛ penitent. possumus accipe signum in castigatione seruoꝝ: qꝛ seruos negantes ꝛ contradicētes magis flagellamus. confitētes aūt iuste flagellari: qa ex hoc videntur penitere: quietamus ab ira. ¶ Deīn. c. d.

¶ Causa qꝛ irreuerentia ē manifesta negari. Irreuerentia autem paruipensio ꝛ despectus. Quos. n. despicimus non reueremur.

¶ Dat cām dicti dicens: qꝛ cā quare negātibus magis irascimur: ꝛ ꝯfitentibꝰ parcimus est: qꝛ vl'r q̄dā irreuerentia negare: manifesta aūt irreuerentia est ꝑuipensio: ꝛ despectus qꝛ quos multū despicimus: non reueremur. ¶ Deide ꝛc.

¶ Et humiliatis ad ipsum ꝛ non contradicētibus: vnde enim confiteri minores esse.

¶ Ponit considerationes sumptas ex non paruipensione. naꝫ si nos irascimur paruipēdentibus: sumus mites nō ꝑuipēdētibus. Diuidit̄ aūt hec ps in ptes duas: qꝛ pᵒ ponit hꝫ ꝯsiderationēs. Scdo ꝯcludit: q̄ total'r opꝫ sumere mansuefactionē ex ꝯrijs ire. Scda ibi. (Total'r aūt ex ꝯrijs.) Scda ps diuidit̄ in q̄tuor fm̄ q̄ q̄tuor ꝯsiderationēs circa h̄ pōit. Scda ps ibi incipit. (Et studiosis). Tertia ibi. (Et depcantibꝰ). Quarta ibi. (Et nō ꝯtumeliātibꝰ). ¶ Circa pᵐ duo facit: qꝛ primo ponit ꝯsiderationē ipam. Scdo qd̄ dixerat manifestat ꝑ signū. Scda ibi. (Qꝛ aūt ad humiliatos. Dicit ḡ q̄ qliber est mitis humiliatis ad seipsuꝫ ꝛ nō contradicentibus. Et est ratio: qꝛ tales vident̄ ꝯfiteri minores esse minores autem timent: timentium autem nullus paruipendit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quod autem minores timent: timens auteꝫ nullus paruipendit: qd̄ autem ad humiliatos cessat ira: ꝛ canes manifestant non mordētes eos qui resident.

¶ Manifestat qd̄ dixerat per signuꝫ: q̄ ad humiliatos cesset ira: signū est: qd̄ canes faciunt. Manifestant. n. hoc canes: qꝛ non mordent eos: qui resident: vel qui iacēt: dicūt enim: q̄ siquis videt canē venientem contra seipsuꝫ: si humiliat

militat se sedēdo vel iacēdo nō offendit ab eo. ¶ Deide.

¶ **Et studiosis ad studiosos: videntur. n. habe ri in precio: sed non despici.**

¶ Ponit secundam considerationem: q̄ homines sūt mites studiosis. i. mitesbis: qui habent studium & diligētiaz circa ea. Et est ratio: q2 apud studiosos videtur quilibz haberi in precio: & non despici ab eis. ¶ Deinde cū dicit.

¶ **Et depcātib⁹: & excusantibus: hūiliores. n.**

¶ Ponit tertiā considerationem: q̄ homines sunt mites deprecantibus & excusantibus se. Et est ratio. q2 tales vīr humiliores: propter quod non paruipendunt: & non despiciunt. Intelligendum non est hic de excusatione illa: qua quis negat manifesta. q2 hoc augmentat irām ratione irreuerentię. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Et non cōtumeliatoribus: neqz subsanatoribus: neqz cōtemptoribus: aut nullum: aut nō in bonos: aut nō in tales: quales ipsi.**

¶ Ponit quartam considerationem. q̄ homines sunt mites non contumeliatoribus. & non subsanantibus: neqz cōtemptoribus: quia qui non sunt tales: non paruipendunt. Et exponit se. qualiter non contumeliatoribus: vel nō subsanatoribus: neqz contemptoribus homines sunt mites: quia mites sunt his: qui non cōmittunt talia in aliquez: vt q2 nullum subsanant: aut quia nō cōmittunt talia ī bonos .i. in utiles: vt habet alia littera: q2 quilibet turbātur si cōtemnant illi: qui sunt eis viles: vel q̄ sunt eis similes: nec q2 sunt quales ipsi. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Totaliter autem ex contrariis opz intendere ea: quę māsuefaciūt: & quos timēt: aut verecūdant: donec. n. sic habeāt: non irascuntur. Impossibile enim simul timere & irasci.**

¶ Concludit ex habitis: q̄ totaliter opz intēdere & accipere ea: quę masuefaciunt ex contrariis irę. Et duo facit: q2 primo ponit talem considerationem. Secundo ex tali ɔclusione elicit considerationes ad propositum. Secunda ibi (Et quos timent). Circa quod tria facit s̄m q̄ tres considerationes elicit. Secunda ibi. (Sz his qui propter irā). Tertia ibi. (Et reuerentibus). ¶ Prima consideratio talis. Q2 homines sunt mites his: quos diu timent & verecūdantur. Et est ratio: q2 donec homines sic se habent q̄ timent non irascuntur: q2 impossibile est aliquem simul timere: & irasci. Si ergo mansuefactio debet sumi ex contrariis irę timens: q2 nō irascit: erit māsuetus. ¶ Deide. c. d.

¶ **Sed his qui propter iram fecerunt: aut non irascuntur: aut minus irascūtur: non. n. ꝑpter paruipensionem videntur egisse. Nullus enīz qui irascitur puipendit. Paruipensio quidez enīz sine tristitia. Ira autem cum tristitia.**

¶ Ponit secundam considerationem: q̄ homines his: q̄ propter iram aliquid fecerunt aut non irascuntur: aut minus: aut modicum irascuntur. Et est ratio: quia irati non videntur egisse propter paruipensionem. nam nullus qui irascitur paruipendit. Et dat causam huius: q2 paruipēsio est sine tristitia: ira autem cuz tristitia: vt patet ex habitis: ideo si talibus non irascimur: sumus eis mites: q2 vt dcm̄ est: mansuetudo sumit ex ɔ̄rgys irę. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Et reuerentibus: ipsos. n. ɔfiteri mites esse.**

¶ Ponit tertiam cōsiderationem: q2 homines sunt mites reuerentibus ipsos. Et est ratio: quia talibus non irascuntur. ex quo apparet: q̄ homo est mitis his: quos timet: vt dicebat in prima consideratione. Et est mitis his: a quibus timetur: vt dictum est in hac consideratione.

¶ **ET habentes autē contrariē ei: qđ est irasci: palamqz mites sunt: puta in ludo: in risu: in festo: in ꝓsperitate: in directione: in cōsumatiōe totaliter: in non tristitia: & delectatiōe nō ɔtumeliosa: & ī spe optīa.**

¶ Postq̄ posite sunt ɔsideratiōes: ꝓpter quas hn̄: quibus hoies sunt mites. In parte ista ponunt̄ ɔsiderationes pp quas hn̄: qualr se hn̄tes mitescunt. Et duo facit s̄z q̄ duas ɔsideratōes ponit. Scđa ibi. (Adhuc āt q̄ lōgo). ¶ Prima ɔsideratio talis. Q2 illi sūt mites: qui se hnt ɔ̄riç ei. qđ est irasci: adeo palā est: q̄ mites sunt: qui sunt in ludo: in risu. in festo: in ꝓsperitate: in directione. i. in correctione: vt hz alia lr̄a. q2 delectabile est alios corrigere: vt dcm̄ fuit ī primo lib. cap. de delectatione. & qui sunt in consumatiōe .i. in suppletione inopię: vt hz alia littera: q2 delectabile ē defectiua consumare: vel indigentiam supplere: vt dictuz fuit in capitulo de delectatione: & totaliter. i. vīr mites sūt illi: qui non sunt in tristitia. sed sunt in delectatione: & non sunt in ɔtumeliosa extītia: vt q̄ sint passi iniuriā: sed sunt in spe optima: q2 sperāt multū honorari. Cuz. n. oēs tales non sunt in tristitia: sunt ɔ̄riç se hn̄tes his: q̄ sunt in ira his ꝓpter quod mites sunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Adhuc aūt quia longo tpe: & non de nouo in ira entes: quietat enim iram tempus.**

¶ Ponit scđam ɔsideratione: q̄ illi. q̄ a lōgo tpe: & non de nouo sunt entes in ira: sunt se hn̄tes sicut mites: q2 ꝓpter longitudinē tpis ira tollit̄. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Quietat enim alterius ira maior.**

¶ Ondit pp quę hz esse māsuetudo. Et sex facit s̄m q̄ sex ɔsiderationes circa hoc ponit. Scđa ibi. (Quietat autē.) Tertia ibi. (Et ab alio). Quarta ibi. (Et si absorbeant̄.) Quinta ibi. (Et si maius malū). Sexta ibi (Et si inultu). ¶ Dicit ḡ primo: q̄ vna de causis pp quā hoies sunt mites est tps: q2 tps quietat iram. ¶ Notandū aūt q̄ id: qđ est a cā māsuetudis est rō: q̄re hoies se hn̄t sicut mansueti: tō B qđ dixit: quietat n̄ irā tps. est vna ɔsideratio ad cognoscēdū pp qđ est māsuetudo: & ē rō eius. qđ dixerat: vz: q̄re a lōgo tpe & nō de nouo exñtes ī ira sunt mites. ¶ Poīt scđaz ɔsideratione: q̄ ira: q̄ ē maior respectu alteri⁹ quietat irā mitiorē. ɔtingit. n. q̄ hoies sunt māsueti aliqb⁹ pp maiorē irā: quam habent in alios. ¶ Deinde cū dicit.

¶ **Et ab illo recepta punitio prius.**

¶ Ponit tertiā ɔsideratione: circa quā tria facit: q2 p̄ ponit ɔsideratione ipsam. Scđo qđ dixerat manifestat p dictuz cuiusdā poetę. Tertio adducit ad manifestationem dicti sui qđdā exēpliū. Scđa ibi. (Propter qđ hn̄). Tertia ibi. (Quale accidit ī Ergophilo). Dicit ḡ p̄: q̄ quietat iraz recepta prius punitio ab alio. Nā q̄ aliqs ali⁹ recipit punitiōez pōt qs secure loq irato: q2 cessauit ira. ¶ Deinde cum dic.

¶ **Propter quod hn̄ Philocrates dicēte quodam: irato populo cur non respondes? Non dū ait: sed tūc cū aliū videro criminatum. Mites. n. fiunt: cū in aliū irā expenderint.**

¶ Cōfirmat qđ dixerat p dcm̄ cuiusdā poetę dicens. q̄ hn̄ dixerat Philocrates. i. ille poeta: q recitat de quodā dicente: a quo cū q̄reret̄: cur ñ rndes irato pplo? Ait nō ē tps rndēdi pplo irato: s3 tūc cū videro aliquē criminatū vel cruciatū. erit tps rnsionis: q2 hoies sunt mites: cum expenderint iram in alium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quale accidit in Ergophilo: magis. n. sevientes q̄z talis rem dimisit: propterea q̄ precedenti die Callysthenis mortem sententiaverant.

¶ Manifestat quod dixerat per quoddam exemplum: vt per ipsam rem gestam dicens: q̄ hoc est talequale accidit in Ergophilo. i. in illa cōtrata: vel in illis partibus: vbi homines fuissent magis sevientes ꝯ suos inimicos: quā sevitiā Callysthenis temperaverūt. Dimiserunt. n. hāc sevitiā: τ nō fuerūt ita sevi ꝑ suos inimicos illi d' Ergophilo: ꝑpterea q̄ precedenti die sententiaverāt mortem Callysthenis: idō expēdentes suā irā in alios: getaverūt ab ira. ¶ Dein. τc.

¶ Et si absorbeantur.

¶ Ponit quartam considerationem: q̄ homines quiescūt ab ira: si absorbeantur. i. si supervenerit eis magnū dispēdium: vt hz alia littera. videtur enim ipsa tribulatio supervenientes esse cā mansuetudinis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et si mai⁹ mali passi fuerit q̄z irati itulissent velut. n. accepisse punitionē existimantur.

¶ Ponit quintam considerationem: q̄ homines quiescūt ab ira: si alij: contra quos irascunt̄ passi fuerint maius malum q̄z ipsi irati intulissent. existimantur enī velut si acceptissent punitionem. ¶ Notandum autem q̄ non est ꝑ se: q̄ passio maioris mali quietat iram: nam per se loquendo iratus semper vult sentiri: ideo nisi sciatur: q̄ ab eo fiat vindicta τ punitio non satisfacit irato per se loquendo: tñ quia homines ex malo aliorum moventur ad misericordiam: compatiens iratus ei: qui irascit̄ ex compassiōe maioris mali quiescit ab ira. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et si iustū facere putaverit: ipsi τ iure pati. Nō fit. n. ira ad iustum. Non. n. adhuc preter convenientēs putāt pati. Ira autem hec erat.

¶ Ponit sextam considerationem. Et duo facit: q̄ primo ponit consideratione. Scd̄o ex eo: qd̄ dixerat: concludit quedam de ira. Secūda ibi. (Propter qd̄ sermōe). Dicit ergo q̄ homines tepescunt ab ira: si putaverint iniustum facere τ iure pati. Et est rō: q̄ ira non fit ad iustum: dictū enim fuit: q̄ ira est propter parvipensionem non convenientē: ira aūt h' erat vilipēdij ꝑter ꝯveniēs. ¶ Deinde τc.

¶ Propter quod sermōe oportet precobiurgare. Indignantur. n. minus servi: qui τ flagellātur. Si non percipi putent: q̄ propter se: τ ꝑ quibus patiebantur.

ℭ Probat qđ assumpserat. vꝫ. ꝙ instare nõ est soluere ad ycotem. Soluere eñi ad ycotẽ est destruere. ycos autem non destruit per instantiã qualẽcũq: quia de ratione ycotis est. ꝙ non sit in oĩbus: sed in pluribus. Et ꝙ possit ad ipsum fieri instantia adeo aũt: ꝙ ille qui accusat: ostendit ꝑ ycota: sed soluere: qꝛ non est ycos: siue destruere ycotẽ: nõ est enim idem qđ ostendere ipsuꝫ non esse necessariũ. De ratione tñ ycotis est: ꝙ habꝫ instantiã: ⁊ ꝙ sit vt in pluribus. imo si esset in omnibus non: vtiqꝫ esset ycos: sed esset semper: ⁊ necessariũ. Iudex aũt paralogizat̃: sicut dixim⁹ quãdo sic solutũ per instantiã. vt dictũ est: aut non credit illud signũ esse ycos: aut putat sibi non esse iudicandũ: ꝙ accusatus sit reus ꝓpter talia ycota. Sꝫ hoc non opꝫ: quia non solũ oꝫ iudicẽ iudicare ex signis necessarijs: sꝫ etiã ex verisimilibus: siue ycotibus: ⁊ aliq̃ñ hec est optima snĩa sic iudicare. Nũq̃ꝫ eñi quis posset cõuincere: ꝙ esset ad vle per signa necessaria. sed per ycota. ⁊ per signa verisimilia: vt si inuentus sit nudus cũ nuda: solus cũ sola: tẽporibus suspectis: que omnia: si nõ sunt necessaria: sed ycota: iuste tamẽ lex per talia iudicat. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Igit̃ insufficiẽs si soluat ꝙ nõ necessariũ: sed opꝫ soluere ꝙ non ycos. Hoc aũt accidit si sit instãtia magis vt in plib⁹. Cõtingit eẽ talẽ dupl̃r aut i tꝑib⁹: aut i reb⁹: ꝓpriissime aũt si in ambobus. Si eñi q̃ sepius. ita hoc est ycos magis.

ℭ Docet soluere vere ⁊ cõuertere dicẽs: erit igit̃ isufficiẽs solutio: si soluat ꝙ nõ est necessariũ: quasi dicat nõ in vno sed si debꝫ esse vera solutio: opꝫ soluere ꝙ nõ sit ycos: ⁊ ꝙ non sit verisimile. Hoc ꝯtingit si ferat̃ instantia vt in pluribus quia tunc ostendet̃: ꝙ non sit ycos. Ferre aũt instãtiam in pluribus ꝯtingit dupl̃r: vel in tẽporibus: vel in rebus: ꝓpriissime autẽ soluet̃ ycos: si in ambobus ferat̃ instantia. Siquis eñi inculpatus de adulterio: qꝛ fuit solus cũ sola repertus dupl̃r posset excusare. P̃rimo respectu rationem rei ostendens plures hoies fuisse solos cũ mulieribus: ⁊ tamẽ nec cõmisisse verenda: vel ratione tempoꝝ ostendendo ꝙ sepius sic inuentus nõ est operatus maluꝫ: ⁊ sic magis proprie destruit̃ ycos: vel cõstruit̃. Quia si aliquis sepe male facit cũ aliqua. si inueniatur solus cuꝫ illa est violenta suspicio cõtra eum. adeo aũt. si enim que sepi⁹ ita hoc est magis ycos. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Soluuntur autẽ ⁊ signa: ⁊ per signa enthimemata dicta: ⁊ si sint existentia: sicut dictum est in primis. Quod enim insyllogizatum est omne signum palam nobis ex analogicis.

ℭ Docet soluere ad signum dicens: ꝙ signa ⁊ enthimemata dicta: si fiant per signa soluunt̃: dato ꝙ sint existentia sicut dictum est in primis .i. in prioribus palã est eñi nobis ex analogicis .i. est libro priorũ: ꝙ insyllogizatũ est omne signum. Signũ enim accipit̃ prout contrahit̃ ad tertiam figurã: ⁊ diuidit̃ cõtra detinetũ ⁊ ycotẽ. Tale enĩ signũ vt dicit̃ circa finem scđi priorũ: semper est insyllogizatũ. Sᵃᵃtia autẽ arguendi nunq̃ꝫ valet arguere per signuꝫ in tertia figura nõ .n. significatus est sapiẽs ⁊ significatus est

studiosus

studiosus: sapiens est studiosus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ad exemplaria autem eadem solutio: et ad ycota. Si enim habemus aliquid non sic solutum: est non necessarium: nisi que plura: aut sepius aliter. Si alias: et que plura: et que sit oppugnandum: aut quod presens non simile: aut non similiter differentiam quandam habet.

¶ Docet soluere ad enthimemata constituta ex exemplis dicens: quod eadem est solutio: et ad exemplaria: et ad ycota. Nam si probatur nobis aliquid per exemplum: possumus ostendere quod in aliquo non sic solutum erit: quod non est necessarium: sed etiam erit solutum simpliciter. nam sicut instando ycoti ostendebamus ycotem non est necessarium: sed non simpliciter est solutum. Si ergo volumus soluere exempla simpliciter: oportet nos ostendere: quod in pluribus: et sepe est aliter quam ponatur. Sed si contingat: quod aduersarius ponat plura exempla contra nos: et ostendat sic fuisse: vt ait: sic poterimus ipsum oppugnare ostendentes: quod presens negocium: de quo versatur questio modo non est simile negocium assignatum quantum ad rem: aut non similiter factum quantum ad modum: aut habet quandam differentiam quantum ad circunstantiam. Dupliciter enim possumus soluere ad exemplum: aut quia non est in pluribus: et sepe: et tunc quasi peccat in materia: aut quia non bene adaptatur ad propositum: et tunc quasi peccat in forma. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Tecmeria autem et techmerioda enthimemata secundum insyllogizatum quidem non est soluere. Palam autem et hoc nobis ex analeticis. Reliquum autem quod non existunt: sed quod dicitur: ostendere. Si autem manifestum sit: et quod existit: et quod accipit vera tunc tecmerium insolubile iam hoc fit. Omnino enim fit demonstratio iam manifesta.

¶ Docet soluere ad enthimemata facta in prima figura: que sunt conclusa ex tecmeriis: siue ex prodigiis: vt sonat alia littera. Dicit ergo: quod tecmeria. et enthimemata techmerioda. idest enthimemata facta ex talibus signis: palam quod non contingit soluere: secundum insyllogizatum: quia semper talis articulus tenetur gratia forme: vt patet ex analeticis. idest ex prioribus. In secundo enim priorum capitulo de enthimematibus dicit quod enthimema: siue syllogismus electus factus in prima figura: est insolubilibus: si sit verus. Non ergo possumus soluere: quod non syllogizet: et quod peccet in forma: sed solum relinquitur nobis ostendere quod non existunt premisse: sed quod dicitur idest quod peccat in materia. Si manifestum sit quod existit: et quod accipit vera: tunc tecmerium est insolubile: omnino enim iam fit manifesta demonstratio: secundum quod est possibile in materia rhetorica.

Augere autem et minuere non sunt enthimematum elementum. Idem enim dico elementum et locum. Est enim elementum locus: in quo multa enthimemata incidunt. Ipsius autem augere et minuere sunt enthimemata ad ostendendum: quod magnum aut paruum et sicut quod bonum aut malum: aut iustum aut iniustum: et aliorum quodcunque. Hec autem si non sint omnia circa que syllogismi et enthimemata. quare neque horum vnumquodque enthimematis locus.

¶ In parte ista determinat philosophus de augmento et diminutione: que videtur esse annexa persuasionibus: augere enim et minuere sunt annexa enthimematibus: et quodammodo

per enthimemata concluduntur. non tamen sunt eis annexa sicut loci: nec sicut solutiones. Duo ergo facit philosophus. quia primo ostendit: quod augmentum et diminutio non sunt annexa persuasionibus et enthimematibus tanquam principia: quia non sunt locus. Secundo ostendit non esse huiusmodi annexa tanquam solutiones. Secunda ibi. (Neque augere.) Dicit ergo: quod augere et minuere non sunt elementum enthimematum. idest non sunt annexa enthimematibus: sicut elementa sunt annexa elementatis: nec etiam sunt locus enthimematum: quia idem voco locum et elementum. Subdit autem: quod elementum est locus: in quo multa enthimemata incidunt. Dictum enim fuit in primo libro: quod loci respectu enthimematum sunt quasi principia extrinseca et sicut dignitates. Sicut ergo per vnam dignitatem roborantur multi syllogismi: sic per vnum locum roborantur multa enthimemata. Cum igitur enthimemata ipsius augere et ipsius minuere fiant ad ostendendum: quod aliquid est bonum aut malum: aut iustum aut iniustum: aut quodcunque aliorum. hec autem omnia sunt circa: que fiunt syllogismi et enthimemata. Est ergo vis rationis in hoc: quod loci roborant enthimemata. magnum autem et paruum non roborant enthimemata. imo quasi per contrarium: quia per enthimemata ostenditur aliquid magnum: et paruum. Non ergo augere et minuere sunt loci et principia enthimematum: sed magis sunt conclusiones et principiata ab eis. Ideo concluditur si vnumquodque eorum: quod concluditur per enthimemata: non sunt locus enthimematis: nec augere: nec minuere: que sunt annexa erunt eius locus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neque augere et minuere: sed solutiua est enthimematis species. Palam enim quod soluit quidem: aut qui ostendit: aut qui instantiam tulerit.

¶ Ostendit quod augere et minuere sunt annexa enthimematibus sicut solutiones: et duo facit: quia primo distinguit solutionem. Secundo exequitur de vnoquoque membro. Secunda ibi. (Contra ostendit.) Dicit ergo quod augere et minuere non sunt aliqua species solutiua enthimematis. idest non sunt aliquod genus solutionis: per que soluuntur enthimemata. Palam enim qui soluit vel ostendit supple contrarium. vel fert instantiam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Contra ostendit autem oppositum. vtputa si ostendit: quod factum est: iste quod non factum est. Si autem quod non factum est: iste quod factum est. Quare hec quidem non erit differentia: ex eisdem enim vtuntur vtique: quod enim non est: aut enthimemata fuerunt.

¶ Exequitur de membris diuisionis. Et duo facit: quia primo ostendit: quod augere et minuere non sunt solutio: que est instantiam ferre. Secunda ibi. (Instantia.) Dicit ergo: quod ille qui syllogizat ostendit oppositum: vtputa si accusans ostendit quod est factum. iste scilicet accusatus ostendit quod non est factum. Si autem hec est differentia inter syllogizantem: et contra syllogizantem: quia vnus ostendit esse factum alius non. cum igitur non sit differentia inter maius et minus: non est idem syllogizare: et contra syllogizare: quod augere et minuere. Nam augentes et minuentes non vtuntur eisdem. idest equalibus. sed vtrique tam syllogizantes quam contra syllogizantes vtuntur eisdem. idest equalibus. Non enim est differentia inter syllogizantes et contra syllogizantes: quod isti probant maius: alii vero minus. Sed differunt: quia contra syllogizantes fuerunt enthimemata probantia quod non est: syllogizantes vero quod est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Instantia autem non est enthimema: sed quemadmodum in topicis: dicere opinionem quandam ex qua erit palam quia syllogizatum est: aut quia falsum aliquid assumit.

¶ Ostendit quod augere et minuere non sunt idem quod instantia. Nam

qui auget: ⁊ minuit propositū: format enthimema: per q̄d probat aliquid esse maius vel minus. sed qui instat nō format enthimema. ergo ⁊c. Quō aūt instantia non sit enthimema: sed quēadmodū dictū est in topicis instātia aggenerat quandā opinionē. idest quandā extimationē: ⁊ fantasiam. Ex quo erit palam .i. manifestū: q̄ nō est syllogizatum quantū ad peccatū in forma: vel q̄ falsum assumpsit quantū ad peccatū in mā. Dupliciter eni instamus. vel obstando q̄ ratio facta contra nos peccet in forma aut in materia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniā autē tria sunt: que opz negociari circa orationē: de exemplis quidē: ⁊ sententiis: ⁊ enthimematibus. Et vniuersaliter de his: que circa rōcinationē magis vnūquodq3 abūdabimus ⁊ quō ipsa soluemus dicta sunt nobis tanta. Reliquū ē aūt ptrāsire de elocutiōe ⁊ ordinatiōe.

¶ Epilogat circa determinata in scda parte huius libri. Liber enim iste secūdus diuidebatur principaliter in partes duas quia primo determinabat de passionibus. Scdo de psuasionibus cōibus. Tractatus autē de persuasiōibus cōmunibus: ppter quē fit iste epilogus. pt diuidi in partes tres: q2 primo determinat de exēplis: sententiis: ⁊ enthimematibus. Scdo de locis tam existētibus q̄ apparentibus. Tertio de solutionibus ⁊ instantiis. Ideo ait tria esse: que opz negociari circa orationē quātū ad locos: que sunt principia ratiocinationū: ⁊ enthimematū: quibus cognitis magis abūdamus in illis: ⁊ quō ista soluemus quantū ad tertium .s. quantū ad solutiones: ⁊ instantias dicta sunt nobis tāta. Ulterius continuat se ad tertiū librū dicens: q̄ reliquum est pertransire de locutione: ⁊ de ordinatione: de quibus determinabit in tertio libro. Et in hoc finit sntia scdi libri.

¶ Rhetoricorum Aristotelis: cum Egidii romani expositione liber tertius.



Quoniam autem tria sūt: que opz tractata esse circa orationem. Unum quidē: ex quibus psuasiones erūt. Secūdū autem circa locutionem. Tertium aūt quomodo opz ordinare ptes orōnis.

¶ Ut dicebatur in principio primi libri huius artis. vbi distinximus istū tertium librum a precedentibus. In hoc libro docet phs formare ⁊ componere orationē. Non enim sufficit: q̄ sciamus sumere persuasibilia tam cōmunia q̄ propria circa vnūquodq3 genus: q̄d factū est in primo ⁊ scdo libro. Sed opz vt sciamus ex illis formare ⁊ cōponere orationē: quorū doctrina traditur in hoc tertio libro. ¶ Componere autē orōnem dupliciter potest intelligi. Primo quantū ad partes: ex quibus oratio constat: ⁊ sic componere orationē: non distinguitur a formatione orationis: quia q̄ sic orationē cōponit: id est orationem format. Scdo modo potest accipi compositio orationis: non prout vna pars orationis alteri componitur: sed prout vna oratio alteri orationi annectitur: ⁊ sic orationem componere nihil aliud est q̄ orationem ordinare: vt sciamus in quo loco illa orō sit ponenda. ¶ Ne ergo laboremus in equiuoco dicamus: q̄ in hoc tertio libro duo determinantur. scz formatio orationis: ⁊ ordinatio. Uel q̄d idē est elocutio ⁊ ordinatio eius: vel q̄d idem est elocutio: ⁊ ordinatio. Duo ergo facit phs: q2 primo continuat dicta dicendis. Scdo exequitur de intento ibi. (De persuasibilibus quidem.) Dicit ergo q̄ tria sunt: que opz tractata esse circa orationem: vnum quidem ex quibus persuasiones erūt quantum ad primum ⁊ scdm librum: vbi docuit sumere persuasibilia circa vnum quodq3 genus. Scdm q̄ oportet tractare circa locutionem quantū ad formationem orationis. Tertium autem est quomodo oportet ordinare partes orationis. ¶ Notandum q̄ oratio dupliciter pōt sumi large ⁊ stricte. Stricte sumpta orō est quelibz clausula: in qua dicitur aliquid de aliquo: sed large sumpta oratio quilibet sermo oratio dici potest: etiam dato q̄ multas clausulas cōtineat. Sicut perorare dicitur ille: qui aliquo sermone: vel aliqua hystoria persuadet. sicut totus ille sermo: vel tota hystoria oratio dici potest. Secundū autem hūc modum potest exponi quod dicitur in prioribus: q̄ syllogismus est oratio. Nam si tota vna hystoria: vel totus vnus sermo oratio dici potest: non obstante q̄ ibi sunt plures clausule: syllogismus oratio dici potest: non obstante q̄ plures ppositiones contineat. Cum ergo dicit phs determinare de ordine partium orationis: non accipit ibi orationem secundum q̄ dicit clausulam vnam: sed prout quilibz sermo pōt nominari oratio. Cum enim determinabit de isto ordine: ostēdet quō vna clausula debz aliam clausulā antecedere: vt quō prohemiū precedit narrationē: narratio persuasionē: persuasio prologum. Cum ergo dicebamus: q̄ componere orationem quantū ad eius partes non differt a formatione: vel ab elocutione: accipiebamus orationē: vt dicit clausulam vnam: hic autem ordinare partes orationis distinguitur cōtra elocutionem. ⁊ accipitur oratio prout nominat sermonem quemlibz: non prout dicit clausulam vnam: vt patet per iam dicta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ De psuasionibus quidem dictū est ex quot hnt esse: q2 ex tribus sūt: ⁊ hec que: ⁊ ppter quid tota sola. Aut enim eo q̄ dictum existimet quales quidam: aut in ostēdendo persuadentur oēs: vt dictum est: enthimemata vnde opz acquirere. Sunt enim hec quidem spēs enthimematū. hec autem loci: de locutiōe aūt habitum est.

¶ Exequitur de intento. Et duo facit secundum q̄ duo determinanda sunt in hoc tertio. Primo enim determinat de ipsa elocutione: siue de ipsa formatione orationis. Scdo de ordinatione eius. Secunda ibi. (Reliquum autem de oratione dicere.) Circa primū duo facit: quia primo tractatum istum: in quo determinat de formatione orationis: continuat ad precedentia. Secūdo ostendit talem tractatum esse vtilem ⁊ necessarium. Scda ibi. (Non enim sufficit habere.) Dicit ergo de persuasionibus quidem dictum est: ex quot habēt esse: quia ex tribus: ⁊ dictū est ppter quid tot sola sunt: ⁊ non plura: neq3 pauciora. Nam vt habitum fuit persuasio aut fit ex parte audientis per sermones passionales: vt cū ipsi iudicantes aliquid passi fuerint: aut ex parte loquentis per sermones morales: vt cum ipsi dicentes existimant quidē quales .i. desit quidem boni morigerati ⁊ virtuosi: aut fit persuasio ex parte rerum in ostendendo aliquid per enthimemata. omnes enim persuadentur aliquo dictorum modorum. Addit autem dictum esse: vnde oportet accipere enthimemata quantum ad persuasiones cōmunes. Unde oportet accipere que sunt species enthimematum quantum ad persuasiones proprias: ⁊ que sunt

loci

loci quantū ad elemēta psuasionuz. Et qꝛ nō sufficit scire genera persuasibilium: ꝛ quot modis fit persuasio: sed opꝫ scire formare locutionem de his persuasibilibus: ideo habitum est dicere de locutione. idest consequēter dicendū est: q̄lr de psuasibilib⁹ sit formāda locutio. ℂ Deinde ꝛc̄.

ℂ Non enim sufficit habere: que oportet dicere: sed necessarium ꝛ hoc vt oportet dicere: ꝛ confert multum ad apparendum qualez quādam orationem.

ℂ Assignat causam dicti: vel ostendit talem tractatuz esse vtilem. Et duo facit: quia primo facit quod dictū est. Secundo exequitur de intento. Secūda ibi. (Primum quidem igitur.) Dicit ergo: ꝙ non sufficit habere persuasibilia: que oportet dicere: sed necessarium est dicere quomodo oportet ea dicere: quia talia multā conferunt: vt oino appareat qualis quędam. idest vt appareāt credita ꝛ persuasiua. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Primū quidem igitur inquisitū est ẜm naturam: qđ quidem natum est primo ipso. scꝫ res ex quibus habent persuasibilitatē. Scđm aūt locutioni hic disponi. Tertium autem horū: qđ virtutem quidem habet maximam: nondum autē ē expositū: que circa hypocrisim.

ℂ Exequitur de intento. Ad cuius euidentiā notandoꝫ ꝙ locutionis due sunt partes. scilicꝫ scriptū: ꝛ agonisticū. Ad scriptum reducitᷣ id: quod loquimur: vt sciamus ipsam locutionē disponere. Ad agonisticū reducitur modus loquēdi: vt sciamus quomō: ꝛ quo accentu proferenda sit locutio disposita. Duo enim facit phs: quia primo has partes locutionis continuat ad pręcedentia. Scđo determinat de eis. Secūda ibi. (Et eni in tragediā.) Dicit ergo: ꝙ primum inquisitum est de ipsis persuasibilibus quantuꝫ ad ea: que determinata sunt in pręcedentibus libris: qꝛ pmo debet determinari quid ẜm naturā natuꝫ ē eē prius. Naturaliter enim ipsę res: ex quibus enthimemata habent persuasibilitatē: pręcedunt locutionez ipsam. Scđo. idest post ipsa: que determinata sunt in pręcedētib⁹: opꝫ sermonem disponi locutioni quantū ad primaꝫ partem huius tractatus. Tertio dicendū est de hypocrisi: de gestibus: de modo loquendi: vt sciamus hypocriçare: ꝛ repręsentare modum debitum: quia habꝫ magnā virtutē ad persuadēdū: ꝛ nondū est expositū qualr̄ fiendū sit. ℂ Deīde cū dicit.

ℂ Et enim in tragediam tarde deuenit: hypocrizabant eniꝫ in ipsis tragedijs poete primuꝫ. Palam igitur quia circa rhetoricam est: quid tale: sicut erat circa poeticam.

ℂ Exequitur de intento: quia primo ostendit determinare de prędictis partibus locutōis: vt de scripto: ꝛ agonistico vt spectāt ad rhetoricaꝫ. Scđo incipit determinare de ipsis. Scđa ibi. (Et detinetur locutionis virtus.) Circa primū duo facit: quia primo ostendit: ꝙ spectat ad rhetoricaꝫ determinare de illa parte locutionis: quę dicitᷣ scriptuꝫ. Secunda ibi. (Quę enim scribuntur.) Circa primum duo facit: quia primo adducit rationes ad ostendendū: ꝙ rhetor debꝫ determinare de hypocrisi. siue de modo loquēdi: vel de agonistico. Secūdo ostendit quomodo talis tractatus se habet ad rhetoricam. Secunda ibi. (Sed totum negocium.) Circa primū duo facit: qꝛ pͦ pręmittit itentionē suā. Scđo manifestat propositū. Scđa ibi. (Quę quidem alij.) Dicit ꝙ tragędia siue ad tragędiā: vt hꝫ alia lr̄a: vł ad rapsodiā: idest ad comędiam tarde deuenit negocium rhetoricum. Nam ipsi poetę primum hypocriçabant ipsis gestibus circa tragędiam. Palam igitur ꝙ sicut est circa poeticam: ita est circa rhetoricam. quia non solum spectat ad poeticam determinare de gestibus: de modo loquendi: sꝫ hoc spectat aliquo modo ad rhetoricā. Tandem ergo venit negocium rhetoricum in tragędiaꝫ: quia gestibus quibus vtebantur tragędi prius: postea per longum tempus vsi sunt rhetores. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Quę quidez alij tractauerūt ꝛ glauc ōhtelis.

ℂ Manifestat qđ dixerat: ꝛ tria facit: quia tripliciter pbat quod spectat ad rhetorem determinare de huius gestib⁹ ꝛ de hypocrisi. Scđa ibi. (Est āt ipsa.) Tertia ibi. (Triūphos quidez.) ℂ Prima ratio talis. Illud spectat ad rhetoricam: de quo rhetores determinauerunt: sed Glaucon thelis. ꝛ quidam alij rhetores tractauerūt de huiusmodi hypocrisi. ergo ꝛc̄. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Est autē ipsa quidem in voce. Qualiter ipm oportet vti ad vnāquāqꝫ passionē. puta quando magna: ꝛ qn̄ pua: ꝛ media: ꝛ qualr̄ tonis. puta acuto: ꝛ graui ꝛ medio: ꝛ rithmis: qbus ad singula. Tria eni sūt circa: que itēdūt. Hec aūt sunt magnitudo: armonia: ꝛ rithmus.

ℂ Ponit secundā rationem: quia ad rhetorem spectat determinare illud: quod habꝫ reddere auditorē passionatuꝫ sed in voce est virtualiter hypocrisis: per quā redditur auditor passionatus: ideo oportet scire qualiter: ꝛ quo tono: ꝛ quo accentu opꝫ: vt ipsa voce ad vnāquāqꝫ passionē. Puta quando debet esse vox magna: quando parua: quando media: ꝛ quali tono debemus vti in ea: ꝛ quibus rithimis vtendum est ad singula eloquia. Rithmus eni potest pertinere ad agonisticū inquantū pertinet ad modum loquēdi. Ipsi enim rithmi taliter possunt proferri. ꝙ non apparent rithmi. igitur modus loquendi deseruit rithmationi. Non est enim inconueniens ꝙ vnū ꝛ idem aliter ꝛ aliter acceptum deseruiat locutioni: ꝛ modo loquendi. Tria ergo sunt attendenda in modo loquendi. Prima est magnitudo: vt sciamus q̄ alte sit loquendū. Secundum est armonia: vt sciamus quo accentu sint dictiones proferendę. Tertium est rithmus. vt sciamus quibus rithmis ad eloquia sit vtendum. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Triumphos quidem igitur fere ex agonib⁹ hi accipiūt: ꝛ quēadmodū ibi maius possunt hypocrite. Et ẜm ciuiles agōes ppter malitiā ciuitatū. Modū autē composita ē ars de ipsis. Qm̄ ꝛ circa locutionē tarde prouenit: ꝛ videtur esse bene susceptum.

ℂ Adducit tertiam rationem: quia ad rhetoricam spectat determinare de illo modo locutionis: per quē triumphamur: sed hi. idest hypocritę: qui bene sciunt repręsentare gestus in loquendo accipiunt triumphos ex huius agonibus. igitur sicut ibi. idest sicut in poetrijs: quia hypocritę poetaruꝫ plus possunt. ideo spectat ad poetas determinare de hypocrisi. Sic ꝛ ẜm ciuiles agōes: quia ppter malitiam ciuitatuꝫ hypocriçantes vincunt: ꝛ creduntur eis. ideo spectat ad rhetoricaꝫ determinare de hypocrisi. Et maxime bene se habet: quia de ipsa hypocrisi: ꝛ de ipsis gestib⁹ nundum est ars composita: quia vt tactum fuit superius de modus loquēdi. Et ista hypocrisis: que est circa locutionē tarde prouenit ad rhetoricam: cum propter rationes tactas tale negocium est magni ponderis ꝛ bene susceptum est in arte rhetorica.



Ed toto negocio ad gloriam existente: eo q circa rhetoricam non recte habēte: sed vt necessario curam faciendum.

¶ Postq̃ ostēdit philosophus: q spectat ad rhetorē determinare de negocio agonistico. ⁊ de hypocrisi: siue de gestibus: in parte ista ostendit quomodo se habet tale negocium ad rhetoricam. Et duo facit: quia primo premittit quod intendit. Secundo assignat causam dicti. ibi. (Quoniaz iustū nihil.) ¶ Notandum autem: q determinata in arte aliquādo sunt arti essentialia: vt ea circa: quę pncipaliter versatur ars. Aliquando non sunt essentialiā: sed sunt aliqua dicta: vt propter auditores. Totum autem negocium ad gloriaz idest totum negocium agonisticum: quod fit per gestus: ⁊ per hypocrisim: quibus mediantibus acquiritur gloria ⁊ triūphus: tale autem negocium non est existens: q se habeat circa rhetoricam recte: quia rhetorica directe ⁊ essentialiter non est de talibus. sed rhetor debet curam facere de eis: vt de necessarijs ꝓpter malitiā auditoꝝ. ¶ Dei. cū. d.

¶ Qm̃ iustum nihil plus querere circa orationem q̃z vt neq3 contristet neq3 letificet: iustū est ipsis agonizare rebus: quare alia extra ostē sionem superflua sunt. Sed tamē multa possunt: sicut dictū ē: ꝓpter auditoris malitiam.

¶ Assignat causaz dicti: ⁊ duo facit: q2 primo facit quod dictum est. Secundo distinguit hypoteticaz hypocrisiz. ibi. (Conati autem sunt.) Circa primum duo facit: fm q duplicem causam assignat. Ponit eni duas rationes ad manifestandum propositum. Secunda ibi. (Qđ quidez igitur.) ¶ Prima ratio talis. Iustuz est nobis non plus querere iuxta orationem: nisi quod recte reprę sentet propositum: vt q non contristet propter obscuritatem: neq3 letificet ꝓpter consonantiam. Non enim debemus agonicare per verba: essentialiter enim totum negocium rhetoricū est circa persuasiones sumptas ex ipsis rebus. Omnia ergo alia sunt superflua: ⁊ extra ostensionē rhetoricā: hypocrisis ergo ⁊ gestus non sunt essentialia rhetoricę. Nō tamē sunt omnino spernēda quia fm talia rhetores multa possunt ꝓpter auditorum malitiā. ¶ Deide cū3 dicit.

¶ Quod quidem igitur locutionis habet aliquam paruam necessitatez in omni doctrina. Differt enim aliquid ad declarare sic vel sic: nō tamen tantum: sed omnia hec fantasia sunt: ⁊ ad auditorē: ꝓpter q nullus geometrizare docet. Illa quidem igitur cum venerit idem faciet cum ⁊ sine hypocrisi.

¶ Ponit secundam rationem: quia huiꝰ gestus locutionis habet quandam paruā necessitatez in cōmuni doctrina: quia aliquid. idest nō modicū differt aliquid ad declarare. idest dicere sic: vel sic. idest habere in dicendo tales: vel tales gestus. Istud tamen aliquid non est tantū. idest non est maximum: quia talia non sunt essentialia doctrinę, sed omnia sunt fantasia. idest sunt propter apparentiam: ⁊ propter auditorem: ⁊ inde est: q in scientijs realibus nō docetur hypocriçare. Nullus enim ita geometriçare docet. idest cum geometria: ⁊ cum quelibet alia realis scientia venerit in visum nostrum: eadez faciet cum hypocrisi: ⁊ sine hypocrisi. Ad persuadendum eniz hypocrisis ⁊ gestus possunt esse vtiles: ad demonstrandum autem sunt omnino inutiles. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Conati sunt autem ad modicum de ipsa dicere quidā. puta Thrasimacus in eleis: ⁊ nature hypocritū esse: ⁊ minus artificiale circa locutionez: aut artificiale. Propter qđ ⁊ his q hoc possunt fiunt iterū triumphi: ⁊ his qui rhetoribus fm hypocrisim.

¶ Distinguit ipsam hypocrisim. Hypocrisis quędam est naturalis quędam artificialis: siue enim accipiatur: vt est moralis: siue vt est passionum illatiua: quędam est naturalis: quędam artificialis. Naturalē enim quidaz habent gestus bonorum morum quidam vero artificialiter conformant se talibus gestibus: sic etiam naturaliter aliqui habent gestus per quos alios ad passionem mouent. aliq vero arte idustria sic agūt. Ideo aūt: q aliqui conati sunt dicere modicum de ipsa hypocrisi. puta Thrasimacus in eleis. idest in illis suis versibus: vbi distinxit hypocrisicaz quod est quoddam naturale: ⁊ quoddam artificiale. Ad minus enim hypocrisis hab3 ista duo membra. Alia aūt littera nō habet ibi minꝰ. Vel potest referri minus ad artificiale: vt sit sensus: q artificiale positum minus mouet q̃ naturale: mouet tamen. Ideo aūt: q circa locutionē cōtingit esse artificialē hypocritam. propter hoc q possunt. idest sciūt hypocriçare naturaliter: triumphant sicut rhetores fm hypocrisim. idest sicut illi qui sciunt hypocriçare rhetorice ⁊ artificialiter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que enim scribuntur orationes maius psit propter eloquium q̃z propter intellectum.

¶ Ostendit q ille modus locutionis: qui dicitur scriptum spectat ad rhetoricam. Et tria facit: quia primo ostēdit veritatem ipsius scripti. Secundo ostendit: q determinare de talibus spectat ad rhetorez. Tertio manifestat quomodo diuersimode de locutiōe determinat rhetor ⁊ poeta. Secunda ibi. (Inceperunt quidem.) Tertia ibi. (Quoniam autem poetę.) Dicit ergo: q locutiones: quę scribuntur genus locutionis: fm q dicitur scriptum. idest magis potest. idest magis habet virtutem propter eloquium q̃ propter intellectum. Dictum est eniz: q locutio potest cōsiderari: vel quantum ad ipsas dictiones: vel quantum ad modum dicendi. Quantuz ad ipsas dictiones dicitur quid scriptum: quia dictiones ipsę scribuntur: sed quantū ad modum dicendi dicitur agonisticum. Si enim ꝓpter istas dictiōes scriptas fit persuasio: magis hoc fit pp eloquium q̃ propter intellectum. Enthimemata eniz: de quibus terminatum est: sūt in pręcedentibus: q̃tum ad intellectum: ea vero de quibus determinatur in hoc tertio magis persuadent fm eloquium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Inceperunt quidem igitur mouere primo: sicut aptum natum fuit poete. Nomina enim mutationes sunt: existit aūt ⁊ vox: omni maxime mutatiua partium nostrarū. Propter qđ ⁊ artes constitute sunt rapsodia ⁊ hypocritica: ⁊ alie.

¶ Ostendit q determinare de hoc genere locutionis spectat ad rhetorem. ⁊ intendit talem rationez. Illud qđ nos immutat: ⁊ qđ imitatur: quia per talia cōtingit persuadere determinare: spectat ad rhetorem: sed dispositio vocis ⁊ locutionis est huiꝰ. ergo ⁊c. De hac autem ratione non plus ponit nisi q vox maxime h3 imitare. Dicit ergo: q poetę primo inceperunt mouere per voces: ⁊ per nomina fm q aptum natum fuit. nam nomina quędam mutationes sunt. Vox autem maxime est imitatiua partium

nostrarū

nostrarum .i. idest potentiarum nostrarum. potentie autem sunt que dã partes anime nostre. ergo per voces: et per eloquia contingit persuadere: et triumphari: et inde est ꝙ rapsodia: et hypocritica: que innititur gestibus; et alie artes: vt tragedia et poetria inuente sint: vt per eloquia. et per gestus triumphemur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam autem poete loquentes leuia propter eloquium videbantur acquisiuisse hanc gloriã. Propter hoc poetica locutio primo facta ẽ. puta Gorgie. Et nũc adhuc multi ineruditorum tales putant disputare optime. Hoc autem non est. sed altera orationis: et poeseos locutio. Manifestat autem ꝙ accidit.

¶ Ostendit quomodo diuersimode spectat ad poeticam et ad rhetoricam determinare de locutione. Nam rhetorica essentialiter est de persuasibilibus. si autem est de locutionibus: hoc est inquantum per ea fit persuasio. Sed tragedia et poetica essentialiter non sunt circa persuasiones. sed credulitatem: quam inducunt. potissime efficiunt per sermonem representatiuũ: et per sermonem ornatum: et quia secundum diuersa tpa diuersa gña metrorum sunt in vsu. io locutio vt spectat ad poeticã magis est variabilis: vt spectat ad rhetoricam magis est vniformis. Tria ergo facit philosophus. Primo enim ostendit: ꝙ aliter determinat de locutione rhetorica aliter poetica. Secundo quod dixerat manifestat per quoddam signum. Tertio concludit qualiter terminandum sit de locutione ab ipso rhetore. Secũda ibi. (Neqꝫ enim qui tragedias.) Tertia ibi. (Propter quod erit ridiculum.) Dicit ergo ꝙ poete loquentes leuia propter eloquium acquirebant gloriam: licet illis verbis non subesset ponderositas sententie: et propter hoc. idest propter gloriam habendam facta fuit poetica locutio. puta illa que est Gorgie. Et in hoc videtur cõuenire poetria cũ rhetorica. quia ex locutione videtur triumphare et vincere. sicut rhetor. immo adhuc multi eruditi loquendo et faciendo plura latina. putant optime disputare. hoc autem non est ita: sed altera virtus est orationis: secundum ꝙ per põderositatem sententie aggenerant credulitatem. Et ostendit ꝙ dicitur: et alia est locutio poeseos secundum ꝙ per ornatum verborum demulcet aures audientiũ. Et quia magis spectat determinare de locutione: vt est persuasiua. Ad poetam autem magis. vt est demulsiua: et representatiua: non eodem modo considerabit de locutione poeta et rhetor. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Neqꝫ enim qui tragedias faciũt adhuc vtũtur eodem modo: sed quemadmodum exametri in iambicum transierunt: quia orationi. hoc metrorum genus simillimũ est aliorum. Sic et nomẽ dimiserũt quecunqꝫ penes ydiomata sunt. Quibus autem priores ornabant: et adhuc nunc qui exametra dimiserunt.

¶ Manifestat quod dixerat per quoddam signum. Nam quia poeta potissime intendit demulcere et representare et diuersa diuersis temporibus demulcẽt: magis determinat de locutiõe poeta modo mutabili: et rhetor modo immutabili. Cõtinuet ergo sic. Dixi ꝙ altera est locutio orationis rhetorice: et altera poeseos. Hoc autem manifestat quod accidit: quia qui tragedias faciunt: non semper vtunĩ eodem modo: nec eisdem versibus exametris: trãsierunt. n. in iambicum. Qui autem sunt versus exametri: qui iambici: et quomodo se habꝫ rapsodia ad tragediam: et quomodo poetria ad hypocritatem determinare nõ est presentis speculationis. Sed si contingit nos super poetriam aliquid ostendere: declarabimus quod dictum est. Dat autem causã: quare ex versibus exametris transierunt poete ad iambicos dicens: ꝙ hoc genus metrorũ est simillimum aliorum: ad similia autem et commouentia facilis est transitus. Addit autem ꝙ sicut poete dimiserunt aliquod genus versuum: sic dimiserunt aliqua genera nominum. vt nomina fictiua: que sumũtur penes ydiomata. ideo subdit: ꝙ nomina quibus priores ornabant versus suos exametros: qui nostra exametra faciunt; dimiserunt ad alia trãseundo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter qꝺ erit ridiculum mutari istos: si ipsi non adhuc vtuntur illo modo. Quare manifestum: ꝙ non omnia quecunqꝫ de locutione dicere pertractandum est nobis. Sed quecunqꝫ de tali qualem dicimus de illa dictum est in his autem que de poetica. sunt igitur illa consideratiua.

¶ Concludit qualiter determinandum sit a rhetore de locutione dicens: ꝙ ridiculum est immitari illos poetas: ex quo ipsi sic imitantur: et non vtuntur eodem modo: quo prius vtebantur. Ergo manifestum est: ꝙ non est tractandum a nobis omnia quecunqꝫ possunt dici de locutione: sed dicenda sunt a nobis quecunqꝫ dicenda sunt de locutione tali. qualem dicimus locutionem rhetoricam. Sed de illa. siue de illo modo loquendi. qui sic variatur dictum est in his que de poetica. idest poetria. quã edidimꝰ. Sunt igitur illa consideranda a nobis: que non sic variantur.

ET determinetur locutionis virtus claram esse signum est. Quia oratio que nõ manifestauerit: nõ faciet suum opus.

¶ Postquã philosophus ostẽdit: ꝙ spectat ad rhetorem determinare de illo genere locutionis. quod dicitur scriptum et agonisticum: vel quod idem est: postquã ostendit ꝙ rhetor debet determinare de dispositione dictionum: et de modo dicendi. Hic in parte ista determinat de predictis generibus locutionis secundum se: et quasi in communi. Secundo determinat de locutione sigillatim circa vnum quodqꝫ genus politicum. Secũda ibi. (Concionalis quidem igitur.) Circa primum duo facit: quia primo determinat de dispositione actionum; siue de illo genere: quod dicitur scriptum agonisticum. Secũda ibi. (Oportet autem non latere: ꝙ vnicuiqꝫ generi.) Locutio autem potest tripliciter considerari. Primo per comparationem ad istas dictiones: quas continet. Secũdo ad ornatum. Tertio ad intellectum. Locutio enĩ rhetorica non solum debet continere debitam dispositionem dictionum sed etiam debet esse decens secundũ ornatum et debet esse clara secundum intellectum. Tria ergo facit: quia primo ostendit: ꝙ locutio debet esse debite disposita secundum dictiones: quas continet. Secundo ostendit qualiter debet esse ornata. Tertio qualiter debet esse clara secundum intellectum. Secunda ibi. (Ad dilationem autem.) Tertia ibi. (Elocutionem autem necesse est.) Debita autem dispositio dictionum potest attendi quantum ad tria. Pri

mo ꝙ locutio sit propria. Secũdo ꝙ nõ sit abusiua. Tertio ꝙ sit congrua. Ideo tria facit. Secunda pars ibi. (Insipida autem.) Tertia ibi. (Est autem principale locutionis.) Prĩa pars in qua docet disponere dictiões vt sit locutio propria: diuiditur in partes duas: quia pmo pmittit quasdam proprietates orationis. Secundo exequitur de intento ibi. (Nominum autem ⁊ verborũ.) Circa primum duo facit. Pmo ꝙ duas proprietates ponit. Secũda ibi. (Et neqʒ humile.) Prima proprietas orationis rhetoricę est: ꝙ virtus eius sic determinetur: quod debet esse clara ⁊ manifesta: cuius signum est quia oratio: quę non manifestat intentum est frustra: non enĩ facit opus suũ: nec agit id: ad quod est ordinata. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et neqʒ humilem: neqʒ super dignitatem: sʒ decentem: poetica eius forte non humilis: sed non decens orationem.

¶ Ponit secundam proprietatem. ꝙ oratio rhetorica non debet esse multum humilis: vt ꝙ vtatur verbis infimis ⁊ nominibus nimis grossis. Nec etiaʒ debet eẽ supra modum digna: vt ꝙ vtatur verbis nimis ampulosis. sed debet esse decens media inter stilum nimis altum: ⁊ nimis infimum. Et in hoc differt a poetica locutõe: quia poetica locutio: licet forte non debet esse humilis. non tamen huiusmodi orationem oportet esse quid decens. sed est quid ampliosum ⁊ ornatuʒ. Et dicit forte: quia in hoc libro nõ traditur ars poetricę. ideo sub dubio dicit: qualis debeat esse locutio poetica. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nominum autem ⁊ verborʒ planam quidẽ faciunt propria: non humilem: aut ornatam. Alia nomina quecunqʒ dicta sunt in his: quedam poetica.

¶ Exemplificat de intento. Ad cuius intelligentiam notãdum: ꝙ quattuor sunt: quę videntur reddere locutionem impropriam. videlʒ ꝙ nomina aliena ⁊ ficticia: metaphorica. ⁊ equiuoca ⁊ synonyma. Ideo quattuor facit: quia pmo ostendit quomodo oratio rhetorica se habet ad nomina aliena. Secundo quomodo se habet ad nomina ficticia. Tertio quomodo se habet ad metaphoras. Quarto quomodo se habet ad equiuoca ⁊ synonyma. Secunda ibi. (Propter quod non oportet.) Tertia ibi. (Et metaphorę solę.) Quarta ibi. (Nomen autem sophistę.) Circa primum tria facit: quia pmo dicit: ꝙ rhetor nõ debʒ vti nominibus alienis. Secundo quod dixerat probat per simile. Tertio ostendit: ꝙ ars poetica potest talibus nominibus vti. Secunda ibi. (Dissueta eniʒ loqui.) Tertia ibi. (In metris quidem igitur.) Dicit ergo: ꝙ propria nomina: siue propria verba faciunt orationem planaʒ: ⁊ faciũt eam non humilem. sed decentem. ergo propriis nominibus debet vti rhetorica. Hę due sunt proprietates orationis rhetoricę. videlicʒ. ꝙ debet esse plana ⁊ clara: ⁊ nõ humilis. sed decens. Nominibus autem alienis nõ debʒ vti: quia nomina alia. idest aliena. de quibus dictũ est in his: quę tradidimus de poeta: reddunt locutionem ornataʒ. idest ampliosam: ⁊ excelsam: ⁊ non competit rhetoricę. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dissueta enim loqui fecit videri venerabiliorem. Sicut enim ad extraneos: ⁊ ad ciues homines idem patiuntur: ⁊ ad eloquium: ppter qđ oportet facere extraneum ydioma. Admiratores autem aduenarum sunt. Delectabile autem qđ mirabile est.

¶ Probat quod dixerat per simile dicẽs: ꝙ loqui dissueta ⁊ aliena facit videri orationem venerabiliorem ⁊ ampliorem ꝙ̃ requirat sermo rhetoricus: quod patet per simile: quia sicut nos habemus ad extraneos: ⁊ ad ciues: ꝙ extranei propter dissuetudinem sunt nobis admirabiles: ciues vero propter consuetudinem redduntur cõtemptibiles: sic hoc quidem patimur ad eloquium quod extraneũ eloquium est admirabile: propter quod facere extraneuʒ ydioma: est reddere auditores admirabiles: quia singuli sunt admiratores aduenarum ⁊ extraneoruʒ. Talis ergo locutio non est rhetorica: sed poetica: ⁊ non est proprie persuasiua: sed solum demulcet. ⁊ delectat auditum. ideo subditur: delectabile autem mirabile est. ¶ Deĩde cuʒ dicit.

¶ In metris quideʒ igitur ⁊ multa faciũt: hoc ⁊ congruit ibi: plus enim distant circa que ⁊ circa quos sermo. In nudis autem orationibꝰ multo paucioribus: hypothesis eni minor.

¶ Ostendit: ꝙ talis locutio non est rhetorica: sed poetica. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo adducit quoddam exemplum ad manifestanduʒ propositum. Secunda ibi. (Quoniam ⁊ hic.) Dicit ergo: ꝙ poeta multa hęc. idest multa talia vt multa dissueta faciunt in metris. ⁊ cõgruit ibi: ⁊ est ratio: quia plus distant in metris: circa quę ⁊ circa quas est sermo: ꝙ̃ sit in nudis orationibus. Non enim oportet ita extranee loqui in multis orationibus: sicut in metris. multo ergo paucioribus extraneitatibus vtitur rhetorica ꝙ̃ poetica. Minor eniʒ est hypothesis. idest suppositio in nuda oratione ꝙ̃ in metrica. In metrica enim oportet esse consonantiaʒ peduʒ ⁊ syllabarʒ. ⁊ multa alia oportet ibi supponere: propter quod recipiuntur ibi multę extraneitates. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Quoniam ⁊ hic si seruꝰ cõptius fiat ꝙ̃ decet aut valde iuuenis indecentius ꝙ̃ de valde paruis. Sed est ⁊ in his contractum ⁊ augmentatum quod est decens.

¶ Manifestat quod dixerat per exemplum dicens: ꝙ hic in oratione rhetorica: quę est quasi nuda respectu orationis metricę. Si seruus describatur valđ comptus: vt pulcer: magnus: ⁊ elegans: aut valde iuuenis ⁊ paruus: ⁊ imbecilis indecens esset; quoniam de valde paruis non debet esse seruus: nec supple de multum elegantibus: sed debet esse decens: vt sit medius: nec vt sit contractus. idest paruus ⁊ despectus: sed ꝙ oportet: ⁊ augmentatus. idest magnus ⁊ elegans ſm ꝙ conuenit: itaque quia dixerat: ꝙ licʒ in oratione metrica sustineatur: ꝙ res describatur infra suũ statum. vel etiam supra in rhetoricis non debent describi nisi medio modo ſm ꝙ oportet. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter quod oportet latere facientes: ⁊ nõ videri dicere ficte: sed apte nate. Hoc enim psuasiuum: illud autem contrarium. Ut enim ad fraudulentos criminantur: quemadmodũ ad vina mixta.

¶ Ostendit qualiter se habeat oratio rhetorica ad nomina ficticia. Et tria facit: quia pmo ostẽdit talibus nominibus non esse vtendum. Secundo quod dixerat manifestat per exemplum. Tertio ex dictis concludit quibus

nõibus

nominibus: ⁊ quibus verbis debeamus vti in sermone rhetorico. Secunda ibi. (Et quale vox Theodori.) Tertia ibi. (Existentibus autem nominibus.) ¶ Dicit ergo: ꝙ si volumus persuadere debemus latere: idest abscṓdere nos a sermonibus fictitijs: vt non videamur ficte dicere. Et est ratio: quia hoc est persuasiuum. illud autem: idest ficta locutio facit contrarium huius: sic enim terminamur ad fraudulentos sicut ad vina mixta. Quia ergo ficte loquitur: quasi assimilatur fraudulentibus ⁊ vinis mixtis: que non sunt talia: vt apparent. propter quod eo ipso videtur: ꝙ ei non sit credendum.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Et quale vox Theodori passa est ad eam: que est aliorũ hypocritarũ. Hec quidem enim dicentis videbãtur esse. hec autem aliena. Furatur autem facile: si quis ex consueto ydiomate eligens componat. Quod quidem Eurypides facit: ⁊ ostendit primum.

¶ Manifestat quod dixerat dicens: ꝙ vox Theodori fuit hec passa ad eam vocem: que erat aliorum hypocritarum: quia Theodorus sua voce increpabat alios hypocritas: eo ꝙ videbantur ficte loqui accipientes aliena ydiomata miscentes cum proprijs: ideo ait. ꝙ hec dicta videbantur esse: dicens quantum ad id: quod proprie loquebantur. hec autem aliena quantum ad id: quod dicebant fictitie. ¶ Et notandum ꝙ alienum dicitur dupliciter. Uno modo alienum idem est quod extraneum ⁊ inconsuetum: ⁊ sic non licet vti dictis alienis. Alio modo: ꝙ licet dictum alterius potest dici dictum alienum: ⁊ sic bene licet vti dictis alienis: quia possumus per dicta aliorum confirmare ⁊ declarare nostra: ideo subdit: ꝙ si homo faciendo orationem rhetoricam vult eam ornare dictis alienis furando dicta aliorum facile ⁊ congrue fit: si componat: ⁊ eligat ydiomata consueta non fictitia. quod Eurypides primus fecit: ⁊ etiam ostendit sic fieri.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Existentibus autem nominibus ⁊ verbis: ex quibus oratio constituitur: nominibus autem tot habentibus species: quot considerata sunt in his: que de poesi. Horum linguis quidem est duplis nominibus fictitijs raro ⁊ in paucis locis vtendum. Ubi autem posterius dicere: propter quid autem dictum est. Plus enim variat ꝙ deceat. Proprium autem ⁊ conueniens.

¶ Ostendit quibus nominibus ⁊ verbis sit vtendum dicens: ꝙ cum nomina ⁊ verba: ex quibus componitur oratio tot sint: ⁊ tot sint species eorum: quot considerata sunt in his: que dicemus de poesi: idest in arte poetica. ⁊ subdit: ꝙ in omnibus enim linguis vtimur horum duplis nominibus: videlicet fictitijs ⁊ proprijs: sed fictitijs raro ⁊ in paucis est vtendum. vbi autem vtendum sit eis: dicemus posterius in isto eodem capitulo. Et quia fictitia nomina sunt quasi superflua: ideo dictum est: ꝙ vtenti talibus nominibus. ꝙ plus narrant ꝙ deceat. Non ergo accipiendum est nomen fictitium: sed proprium ⁊ conueniens.

Et metaphore sole vtiles ad ea: q̃ nudarum elocutionum.

¶ In parte ista comparat philosophus sermonem rhetoricum ad metaphoras. Et duo facit: quia primo proponit quod intendit. Secundo manifestat propositum suum ibi. (Signum autem quia his solis.) ¶ Dicit ergo: ꝙ inter alias extraneitates sole metaphore sunt vtiles ad eam locutionem: que est nudarum orationum. i. ad locutionem rhetoricam: que est nuda respectu metaphorice. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Signum autem: quia his solis omnes vtuntur. Omnes enim metaphoras alloquuntur ⁊ conuenientibus ⁊ proprijs.

¶ Manifestat quod dixerat. Et duo facit secundum ꝙ dupliciter manifestat propositum. Secunda ibi. (Quare palam.) Prima probatio sumitur ex signo: natam signum est: ꝙ inter alias extraneitates solis metaphoris sit vtendum in sermone rhetorico: quia omnes rhetores his solis vtuntur. Omnes enim alloquuntur metaphoris conuenientibus ⁊ proprijs. ¶ Deinde cuz dicit.

¶ Quare palam quidem: si bene fecerit quis erit peregrinum: ⁊ latere cõtingit: ⁊ deificabit. Hoc autem erat rhetorice orationis virtus.

¶ Adducit secundam probationem: que talis est. Uirtus orationis rhetorice est: ꝙ sit aliquo modo media inter peregrinum ⁊ clarum: ita ꝙ vtrunqz percipiat. Nam debet aliquo modo esse latens ⁊ peregrina: quia non debet esse multum humilis: ⁊ debet esse clara: quia non debet esse minus excellens ⁊ ampulosa. Cum ergo palam sit: ꝙ qui bene fecit metaphoras: loquitur peregrine ⁊ clare: manifestum est. ꝙ vti metaphoris spectat ad rhetorem.
¶ Deinde cum dicit.

¶ Nomen autem sophiste quidem est equiuocationis opportune. Penes has enim malignãtur: poete autem synonyme. Dico autem propria: que ⁊ synonyma: puta progredi ⁊ ambulare. Hec enim ambo ⁊ propria: ⁊ synonyma inuicem.

¶ Comparat sermonem rhetoricum ad equiuoca ⁊ synonyma. Et duo facit: quia primo ostendit: ꝙ non spectat ad rhetorem vti nominibus equiuocis ⁊ synonymis. Secundo quia dixerat: ꝙ rhetor debet vti metaphoris: determinat de his metaphoris: qualiter eis sit vtendum. Secunda ibi. (Quod quidem igitur.) ¶ Intendit ergo primo talem rationem. Proprium est sophisticum vti equiuocis. ⁊ poetarum synonymis. Rhetor nec est sophista: nec est poeta. ergo nec equiuocis nec synonymis vti oz. De hac autẽ ratione ponit solum maiorem dicens: ꝙ sophiste optime operantur circa equiuocationes nominum: ⁊ penes tales equiuocatiões malignantur. Poete autem vtuntur synonymis: ⁊ exponit quid appellat synonymum dicens: ꝙ nomina propria ⁊ synonyma sunt: puta progredi: ⁊ ambulare. Hec enim ambo sunt propria: quia non sunt extranea: ⁊ quia idez significant sunt synonyma adinuicem. Sunt enim synonyma plura idem significantia. ¶ Dein. cũ. d.

¶ Quod quidem igitur horum vnumquodqz est: ⁊ quot species metaphore: ⁊ ꝙ hec plurimum possit: ⁊ in poesi: ⁊ in orationibus metaphore dictum est: quemadmoduz diximus in in his: que de poetica.

¶ Determinat de metaphoris. Et duo facit: quia primo ostẽ

dicit ꝙ distinguere metaphoras spectat ad poeticam. Secundo presupposita distinctione metaphorarum ostendit qualiter metaphoris sit vtendum. Secunda ibi. (Tanto autem in oratione.) ¶ Dicit ergo: ꝙ quid sit vnumquodque eorum .i. qua sit vnumquodque eloquium metaphoricum: ⁊ quot species metaphorice ⁊ ꝙ genus metaphore posuit plus dictum est in poesi in diuisionibus metaphorice. In hoc tractatu ita vbi de metaphoris agetur quia etiam ad rhetorem spectat aliquo modo determinare de metaphoris. vnde dicitur in hoc libro aliqua de metaphoris: que etiam diximus in his: que dicta sunt de poetica. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Tanto autem in oratione oportet magis laborare de ipsis: quanto ex paucioribus auxilijs omnino est ꝗ metra: ⁊ euidentiam: ⁊ delectationem: ⁊ extraneitatem habet maxime metaphora: ⁊ accipere ipsam non est ab alio.

¶ Ostendit quomodo metaphoris sit vtendum. Et duo facit: quia primo ostendit hoc in vniuersali. Secundo in speciali. Secunda ibi. (Est autem in syllabis.) ¶ Circa primum tria facit: quia primo dicit: ꝙ difficile est vti debitis metaphoris in rhetorica. Secundo dat regulam qualiter metaphoris sit vtendum. Tertio docet adaptare vsum metaphoricum ad negocium laudatiuum ⁊ vituperatiuum. Secunda ibi. (Oia autem imposita.) Tertia ibi. (Et si ornare.) ¶ Dicit ergo primo: ꝙ si volumus vti metaphoris in oratione rhetorica: tanto magis oportet laborare ad vtendum ipsis: quanto oratio rhetorica ex paucioribus auxilijs est constituta ꝗ metra. Non enim ita auxiliamur ⁊ defendimus orationem nudam: quando continet extraneitates: sicut defendimus orationem poeticam: ideo cum metaphora videatur magis habere euidentiam ⁊ delectationem extraneitatem: ꝙ vtamur metaphora in sermone rhetorico: vbi modica extraneitas conceditur est valde difficile: ideo subditur: ꝙ in rhetorica non est accipere ipsam metaphoram ab alio .i. alieno ⁊ extraneo eloquio. sic enim vti debemus metaphoris: ꝙ ibi modicas extraneitates coconmitatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Oportet autem imposita ⁊ metaphoras congruentes dicere. Hoc autem erit ex proportionali. Si autem non indecens apparebit: quia secus inuicem contraria maxime apparent. Sed oportet intendere: quomodo iuueni palma conueniens sit: seni aliquid. Non .n. eadem decet vestis.

¶ Ostendit quomodo metaphoris sit vtendum dicens ꝙ oportet nos facere imposita: vt ꝙ vtamur metaphoris ita tamen. ꝙ dicamus metaphoras congruentes. Hoc autem erit: si sumatur metaphora ex proportionali: quia si non sit metaphora proportionata: indecens apparebit: quia contraria iuxta se posita maxime elucescunt. Si ergo metaphoram non adaptant ex eius conuenit secundum contraria: itaque apparebit indecens. Oportet ergo intendere ꝙ diuersis diuersa conueniunt. Iuueni enim aliquid conuenit vt palma idest victorie ⁊ agones: ⁊ seni aliquid vt quies: ⁊ etiam in indumentis ⁊ in alijs intendendum: quia diuersis diuersa conueniunt. Non enim eadem vestis conuenit seni ⁊ iuueni: domino ⁊ seruo: cuilibet ergo debemus congruas metaphoras adaptare. ¶ Deinde ⁊c.

¶ Et si ornare volueris a melioribus eorum: que in eodem genere fere metaphoram: ⁊ si vituperare a deterioribus.

¶ Docet adaptare vsum metaphore ad laudem ⁊ vituperium. Et duo facit: quia primo proponit quod intendit. Secundo manifestat quod dixerat ibi. (Dico autem.) ¶ Dicit ergo: ꝙ si aliquis vult aliquem ornare ⁊ laudare: debet sumere metaphoram a meliori. Si vero vult eum vituperare: debet sumere eam a deterioribus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Dico autem puta ꝙ contraria in eodem genere dicere. hunc autem petentem paupertescere: q: ambo petitiones: quod dictum est facere.

¶ Exponit quod dixerat. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo adducit ad hec multa exempla. Secunda ibi. (Quomodo erit Ipsicrates.) ¶ Ostendit ergo quomodo vnum ⁊ idem negocium possumus proferre laudabiliter ⁊ vituperabiliter dicens: ꝙ contingit contraria dicere in eodem genere: vt si aliquis sit pauper ⁊ petat: possumus illam petitionem proferre laudabiliter. Nam petens ascendit ⁊ descendit: ascendit: si aliquid acquirit. descendit: quia se humiliat petendo. Si ergo dicimus hunc demonstrato paupere petere ascendere. proferrimus petitionem laudabiliter. Si vero dicamus hunc petentem paupertescere: idest se humiliare ⁊ descendere: proferrimus eam vituperabiliter. Et quia hec ambo dicta sunt circa petitiones in eodem genere eloquij est facere quod dictum est .s. proferre illud contrarie: vt laudabiliter ⁊ vituperabiliter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quomodo Ipsicrates Calliam sacrorum tractatorem accensorem lampadum. hoc autem ineruditum ipsum esse. Non enim vtique sacrorum tractatorem ipsum vocare: sed lampadum accensorem. ambo enim circa deum. Sed hoc quidem honorabile: hoc autem inhonorabile.

¶ Adducit ad hoc plura exempla. Et quatuor facit secundum ꝙ quatuor exempla adducit. Secunda ibi. (Et hi quidem.) Tertia ibi. (Et predones.) Quarta ibi. (Illud autem ꝙ Telephus.) ¶ Primum exemplum tale. Nam si aliquis ministraret ecclesie tractando necessaria ecclesie posset nominari turpiter: si diceretur accensor lampadum. pulchre autem si diceretur tractator sacrorum ⁊ diuinorum. Ipsicrates autem volens vituperare Calliam qui erat tractator sacrorum: appellauit ipsum accensorem lampadum non tractatorem sacrorum: vt ostenderet ipsum esse vilem ⁊ ineruditum. Nam licet ambo predicta sint circa deum: vnum tamen est honorabile: vt tractare sacra: aliud est vituperabile: vt accendere lampades. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et hi quidem Bacchi adulatores: ipsi autem ipsos artifices vocant. Hec autem ambo metaphora: hi quidem sordidantium. hoc autem contrarium.

¶ Ponit secundum exemplum secundum ꝙ Bacchi adulatores: idest illi qui sunt quasi dij ⁊ astuti ad adulandum: vnde alia littera habet: calidi ⁊ astuti non vocant se adulatores: sed dicunt se esse artifices: ⁊ subtiles: ⁊ ingeniosos. Nam licet hec ambo metaphorica: ⁊ de vno ⁊ eodem negocio. hoc tamen est sordidum: ꝙ aliquis sit adulator

lator: illud vero est contrarium .i. laudabile: quod aliquis sub tilis ⁊ ingeniosus sit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et predones quidem seipsos acquisitores vocant. Nam propter quod licet dicere iniusta facientem quidem peccare: peccantem autem iniusta facere: ⁊ furantem: ⁊ accipere ⁊ acquirere.

¶ Ponit tertium exemplum: quod predones non vocant se fures: sed vocant acquisitores. Nam licet iniusta facientem possumus dicere ipsum peccare: ⁊ peccantem dicendum sit iniusta facere. Et licet furantem contingat accipere ⁊ acquirere: non tamen est ita turpe quod aliquis vocetur acquisitor sicut si diceretur fur: nec videtur ita turpe quod aliquis dicatur faciens iniusta: sicut si diceretur peccator: quia probi ⁊ valentes homines videntur facere iniusta ⁊ iniuriari aliis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Illud autem: quod Telephus euripidis ait: super capulos gladiorum regnare: ⁊ progrediens in Mysiam. Indecens enim erat: quia maius id: quod est regnare quam secundum dignitatem. Non igitur furatur.

¶ Ponit quartum exemplum: quod Telephus euripidis ait se regnare super capulos gladiorum. Erat enim ille rex latronum: ⁊ rex capientium gladios: vt sonat alia littera: ille ergo progrediens in Mysiam .i. in partes illas nominabat se regem ⁊ non furem: quia indecens est: quod aliquis sit fur: maius .i. melius ⁊ decentius erat: quod determinaretur a regnare: ⁊ diceretur rex: quam si vocatus fuisset secundum indignitatem: ⁊ nominatus fuisset fur: ideo subditur: non igitur furatur .i. ex eo quod sic nominabatur: non appellabatur fur.

Est autem ⁊ in syllabis peccare: si non sint delectabilis signa vocis: vtputa: Dionysius errarius appellat in elegiis clamorem Calliopem poesim: quoniam ambo voces: praua autem metaphora eius significatiua vocibus.

¶ Postquam determinauit de metaphora in vniuersali: hic magis specialiter determinat de ipsa. Et duo facit: quia primo ponit ea: que requiruntur ad metaphoram augmentare ⁊ diminuere. Secunda ibi. (Adhuc enim similiter.) ¶ Ad metaphoram autem tria requiruntur. Metaphora enim si sit decens: debet esse ex propinquis: ⁊ congruis ⁊ debet esse clara: ideo tria facit: quia primo ponit metaphoram debere esse ex propinquis. Secundo ex congruis. Tertio ex claris. Secunda ibi. (Totaliter est bene.) Tertia ibi. (Adhuc autem tertium.) Ex propinquis autem non est metaphora dupliciter. Primo: si sit similitudo modica: quia que propinqua sunt alicui: non attingunt illud modicum: sed multum. Secundo: metaphora non est ex propinquis: si sit ex communibus: communia enim dicuntur rem attingere: non ex propinquis: quia non ducunt in cognitionem rei secundum quod est in huiusmodi: ideo duo facit: quia primo dicit metaphoram debere esse ex propinquis: quia non debet esse debilis. Secunda ibi. (Adhuc autem non.) ¶ Dicit ergo: quod circa metaphoras contingit peccare in syllabis: vt quando metaphora est indebita. Sicut enim per subtractionem syllabarum non fit debita representatio dictionis: sic per subtractionem debitarum circumstantiarum fit indebita representatio metaphore: ⁊ non ducunt in cognitionem eius: propter quod metaphora est inducta. Ponit autem exemplum dicens: vt si non sint signa delectabilis vocis: vel melius: vt habet alia littera: si non fuerit proprium signum vocis. Debet enim esse metaphora per propria: non per communia: ⁊ tunc delectat: quia ex propinquo representat ea cuius est metaphora. Unde ait: vtputa Dionysius erarius in ellegiis: idest in illis suis versibus sonos eris appellat clamorem. Hec autem metaphora est valde per communia: sic enim ⁊ fragor arborum posset appellari clamor: ⁊ Calliopem appellabat poesim: quia ambo voces. Hec autem metaphora est nimis praua: ⁊ sic significatur vocibus: nimis enim est per communia augere: appellare Calliopem poesim: quia Calliopes est quedam vox: ⁊ poesis quedam est vox existit. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc autem non de longe: sed ex cognatis ⁊ eiusdem speciei: transferre que non nominata nominando: quod prenunciatum: manifestum est: quia cognitum.

¶ Ostendit quod metaphora non debet esse debilis dicens: quod non debet esse de longe. Huiusmodi sunt ea: que debiliter representant: sed debet esse ex cognatis: ⁊ ex his: que sunt eiusdem speciei: ⁊ eiusdem manerie: cuiusmodi sunt illa: que efficaciter representant. Sic ergo debemus transferre nominando ⁊ imponendo nomina etiam in his: que non sunt nominata. Eo enim quod aliquid est prenunciatum videbitur esse manifestum ⁊ cognitum: ⁊ videtur efficaciter representatum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Vtputa in enigmate approbato. Virum vidi ignitum enim super virum collisantem .i. adherere facientem. Innominata enim passio. Sunt autem ambo appositio quedam: collisim igitur dixit notans ventose appositionem.

¶ Manifestat quod dixerat per exemplum dicens: quod hoc est videre in enigmate: idest in metaphora appropriata: vtputa in illo versu. Virum vidi ignitum enim super virum collisantem .i. adherere facientem. Ista metaphora est ex cognatis: cum aliquis propter suam viuacitatem appellatur esse ignitum: ⁊ innominata passio appellatur. Non enim habemus proprium nomen ad significandum virum: qui ex ipso intuitu facit homines sibi adherere: sed fingimus tale nomen: ⁊ nominamus ipsum collisantem. Ex quo apparet quod superius tangebatur: videlicet quod possumus aliquando vti nominibus fictitiis. Addit autem: quod ambo .s. ista duo .s. facere ⁊ adherere sunt vna appositio: ⁊ dicitur collisatio: collisim igitur dicit denotans appositionem ventose: vel ventosam .idest excellentem ⁊ gloriosam: quia propter gloriam ⁊ excellentiam vnus homo adheret alii. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et totaliter ex bene enigmatizatis est metaphoras accipere congruas. Metaphore enim enigmatizantur. Quare palam: quia bene translate sunt: ⁊ ab honestis: honestas autem hec quidem: sicut Lichinius dicit in sono: aut significato est turpitudo: aut eodem modo.

¶ Dicit quod totaliter ex bene enigmatizatis: idest ex bene ⁊ congrue representatis contingit accipere metaphoras congruas. Enigma enim dici posset quelibet representatio aliquo modo obscurata: ideo subdit: quod quia metaphore enigmatizantur ⁊ transferuntur: ideo palam est: quod tunc bene sunt translate metaphore: quando ab honestis accipiuntur honestas: ita quod honesta per honesta figurantur: pulchra enim per nomina pulchra ⁊ per res pulchras figurantur: ideo dicebat Lichinius: quod in sono quantum ad nomina: siue quantum ad voces: ⁊ in significato

quantum supple debet esse pulchritudo: si pulchra representari debent. Et turpitudo eodem modo debet figurari per personas turpes: et per res turpes. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc autem tertium: quod soluit sophisticum sermonem: non intelligitur. Ait Brito. neminem turpe loqui: siquidem idem significat hoc pro hoc dicere. Hoc enim est falsum: est aliud alio magis proprium: et assimilatum magis: et conuenientius in faciendo rem pre oculis.

¶ Ostendit quod metaphora debet esse ex claris: que est tertia proprietas metaphore. Hec autem proprietas soluit sermonem sophisticum: quia ex hoc aliquis sophisticatur: eo quod non intelligitur quod dicitur. Unde Brito dicebat: quod nullus turpiter loquitur: siquidem significat hoc pro hoc dicere. cum enim sermo non intelligitur non magis significat unum quam alium. Si ergo tollitur intellectus sermonis: tollitur turpitudo significati: quia non loquitur unus pulchrius alio: nisi quod aliud significat hoc: quod dicit unus: et hoc quod dicit alius. Ideo subdit: quod hoc est falsum. scilicet quod idem significet dicere hoc: quod habetur: quia est diuersitas ex significatis: et ideo aliud est alio magis proprium: et magis assimilatum et magis conueniens: et facit rem pre oculis. id est magis claram et intelligibilem. Et magis potissime est attendendum in metaphoris: quia metaphora clara esse debet: non quod nullam obscuritatem contineat: quia tunc non esset metaphora. Sic enim metaphora debet esse clara. quia etiam debet esse latens: et sic debet esse aperta: quod etiam debet esse enigmatica. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc autem non similiter habens significat hoc et hoc. Quare et ita aliud alio pulchrius et turpius ponendum. ambo quidem enim honestum: aut turpe significant. Sed non in quem honestum: aut in quem turpe: aut hoc quidem: sed magis et minus. Metaphoras autem hoc est faciendum: aut ab honestis. Tales autem vocant potentia: aut visu: aut alio aliquo sensu dicunt.

¶ Postquam dedit proprietates metaphore: quia primo debet esse ex propinquis. Secundo ex congruis. Tertio ex manifestis. hic docet augmentare et diminuere metaphoras. Duo ergo facit: quia primo docet augere. Secundo minuere. Secunda ibi. (Adhuc ibi diminutiua.) ¶ Circa primum duo facit: quia primo docet augere metaphoram ex aliquo considerato in se. Secundo docet hoc idem per adiectionem alterius. Secunda ibi. (Et in adiectiuis.) In se autem possumus augmentare metaphoram quantum ad laudem: quando illud. quod potest dici minus pulchre dicimus magis pulchre: vel quantum ad vituperium: vt quando illud idem: quod potest dici minus turpiter dicimus magis turpiter. Duo ergo facit. quia primo proponit quod intendit. Secundo manifestat quod dixerat per exemplum. Secunda ibi. (Differt autem dicere.) ¶ Dicit ergo: quod aliquid non similiter se habens. id est non similiter nominatum significat hoc et hoc. id est magis et minus turpiter: vel magis et minus pulchre. ergo secundum nominationem ponendum est aliud alio pulchrius quantum ad laudem: et turpius quantum ad vituperium. Nam licet ambo. id est tam illud. quod significat minus pulchrum: quam illud: quod significat magis pulchrum: licet enim vtrumque istorum significet quid honestum: vel licet vtrumque significet quid turpe significant magis et minus turpe. Differentia est tamen in quantum honestum: quia non significat tantam honestatem vnum sicut aliud: aut inquantum turpe: quia non tantum turpitudo importatur per vnum sicut per aliud: aut hoc quidem significant. ergo ambo. id est ambo significat pulchritudinem: vel turpitudinem: sed secundum magis et minus. Hoc vero est faciendum metaphoras: aut augmentando eos ab honestis: si volumus laudare: aut supple a turpibus si volumus vituperare. Tales autem: quas vocamus metaphoras differunt: aut potentia: aut visu: aut aliquo alio sensu. Alia autem littera: quod metaphore assumuntur maiores ab his: que sunt bona. Nam quantum ad substantialia: aut virtute quantum ad accidentalia. aut visu: et alio sensu quantum ad apparentiam. Et sic possemus concordare litteram: quod metaphore debent augeri: vt ab his: que vocamus. Et dicimus quod sunt honesta potentia: et virtute. id est in se: vel sunt talia visu et sensu. id est apparentia. Laudamus enim aliquem non solum per ea: que sunt vere honesta: sed etiam per ea: que apparent talia: et quod dictum est de honestis et laude: intelligendum est de turpibus et vituperio. ¶ Dein. c. d.

¶ Differt autem dicere: vtputa: redondactylus quam adhuc magis aut puniceodactylus quam adhuc peius rubeodactylus.

¶ Manifestat per exemplum quomodo idem potest magis pulchre et minus pulchre nominari dicens: quod differt dicere: si aliquis nominetur redondactylus. id est odoriferus: adhuc quoniam magis pulchre nominaretur: si diceretur puniceodactylus. id est floridus color: puniceus est color cuiusdam floris: pulchrius est dicere de aliquo: quod sit floridus quam quod sit odoriferus sed peius. id est minus pulchre nominaretur rubeodactylus. id est rubicundus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et in adiectiuis est quidem adiectiones facere: aut a prauo: aut a turpi: vtputa magis violator: est autem a meliori: vtputa patris defensor.

¶ Ostendit quomodo per adiectiua possumus argumentari laudem et vituperium. Non enim solum vnum et idem potest nominari magis pulchre: vt si dicatur rubicundus: sed vni et eidem possumus addicere magis et minus pulchrum: vt si diceretur aliquis floridus defensor: esset pulchrius quam floridus violator. Duo autem facit philosophus quia primo premittit intentionem suam. Secundo adducit exemplum ad propositum ibi. (Et Symonides.) ¶ Dicit ergo: quod in adiectiuis contingit sumere augmentum secundum laudem et vituperium: et possunt fieri adiectiones a prauo et turpi: vt si quis dicatur violator: vel a meliori et pulchro: vt si dicatur patris defensor. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et Symonides quando quidem dabat postquam vicerat mercedem modicam suis mulis nolebat poetizare tanquam contemnens ad semiasinos poetizare. Quando autem sufficiens dedit poetizauit. Gaudete filie equorum pedibus expeditorum: quamquam et asinorum filie essent.

¶ Adducit exemplum de Symonide: qui postquam vicerat: si dabat modicam mercedem suis mulis. nolebat poetiçare: idest non bursabat: neque truffabatur: sed dicebat contemptibile esse poetiçare ad semiasinos. In hac autem adiectione mulis: qui sunt semiasini: eo quod sint ex equo et asino denominarentur a turpi: idest a peiori: quia ab asino. Sed quando Symonides dabat sufficientem cibum et sufficientem mercedem mulis suis. tunc poetiçabat: et turpbabatur: et non appellabat mulas suas semiasinos: sed nominabat eas meliores: quia vocabat eas filias equorum; vnde ipse dicebat. Gaudete filie equorum

expeditorum

expeditorum pedibus. i. habentes pedes expeditos quamquam et asinorum filie essent. Muli enim nati sunt ex equa et asino: vnde ibi equorum ponitur pro equarum: masculinum pro feminino. mula enim equidem non oritur ex equo: sed ex equa. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Adhuc idem diminutam fieri. Est autem diminutio: que minus facit et bonum et malum. Quemadmodum et Aristophanes irridens babilonijs pro auro quidem auriolum: pro indumento autem induméticulum: pro maledictione autem maledictiunculam. Veri autem oportet et obseruare in ambobus moderamen.**

¶ Docet minuere laudem et vituperium dicens: quod contingit idem .i. eandem rem fieri diminutam. Diminutio enim est id: quod facit apparere minus bonum quantum ad diminutionem vituperij. Et ponit exemplum de Aristophane: qui irridens Babilonijs pro auro dicebat diminutiuum auriolum: et pro indumento indumenticulum: et pro maledictione maledictiunculā. Addit autem quod debemus vereri .i. timere: et cauere nobis. quod in ambobus .i. augmento et diminutione seruemus moderamen: quia nō debemus nimis augere bona et mala: nec nimis minuere.

Insipida autem in quatuor fiunt secundum locutionem.

¶ Postquam phus determinauit: quod oratio rhetorica debet esse propria. hic in parte ista ostendit: quod non debet esse abusiua. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo quia in precedentibus fecerat mentionem de metaphoris: ne aliquis crederet: quod assimilatio esset idem omnino quod metaphora. ideo determinat de assimilatiōe dans differentiam inter assimilationem et metaphoram. Secunda pars ibi. (Est autem et assimilatio.) ¶ Ad euidentiam autem prime partis est notandum: quod abusiuum opponitur ei: quod est proprium. Tot ergo modis potest fieri oratio abusiua: quot modis potest fieri propria. Hoc autem contingit quadrupliciter. Primo si fiat per nomina fictitia. Secundo si fiat per aliena. Tertio si fiat per synonyma. Quarto si fiat per incongruentes metaphoras: que omnia patere possunt ex dictis. Posset autem addi quintus modus: vt quod fieret talis impropietas et abusio per equiuoca. Sed iste est modus sophistarum: et rhetor non de facili labitur in modum sophisticum: sicut in modum poeticum. ideo illam abusionem de equiuocatiōe tacet. Vel possumus dicere: quod ideo tacet eam: quia talis abusio computata fuit inter locos sophisticos. Duo ergo facit philosophus quia primo dicit: quod abusiua locutio fit quatuor modis. Secundo exequitur de vnoquoque mēbro. Secunda ibi. (In duplis nominibus.) Dicit ergo primo: quod insipida .i. frigida et abusiua. vt sonant alie translationes: fiunt secundum locutionem in quatuor. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **In duplis noibus: puta Lycofron celū multarum facierum: seu magne virtutis terrā: et radium quam stricti meatus: et vt Gorgias noiauit paupē: sapiēs adulator et deierātes: et vt Alchidamas manesiū qdē aiam repletā: ignei coloris autem visum factum: et finis reportatiuus: puta vt promptitudinem ipsorum fore. Et finis reportatiuam persuasibilitatem orationum statuit: et subobscuri coloris maris pauimentū.**

¶ Exequitur de predictis. Et quatuor facit secundum quod quatuor exequitur de abusione. siue de impropietate: que reducitur ad nomina fictitia. Secundo de ea: que reducitur ad nomina aliena. Tertio de ea: que reducitur ad synonyma. Quarto et vltimo de ea: que reducitur ad incongruentes metaphoras. Secunda ibi. (Una autem in linguis.) Tertia ibi. (Tertium autem in adiectiuis.) Quarta ibi. (Et adhuc quarta.) ¶ Notandum autem: quod ad nomina fictitia reducitur omnis circumlocutio. Fictitium enim est circumloqui aliquid: et nominare ipsum pluribus nominibus: quod potest solo nomine nuncupari: propter quod hec abusio: et si non est impropietas in poetica: est tamen quid improprium in rhetorica. In determinando autem de hac abusione duo facit: quia primo premittit quod intendit. et adducit plura exempla ad propositum. Secundo dat causam dicti ibi. (Omnia enim hec.) ¶ Dicit ergo: quod in duplis nominibus .i. in circumlocutionibus: quia circumlocutiones fiunt per plura nomina: in talibus supple contingit fieri abusionem vtputa Lycofron celum appellabat multarū facierum: quia forte sic circumloquebatur ipsum: quia in eo secundum dispositiones stellarum describitur multitudo imaginū. Et loco terre dicebat aliquid magne virtutis. quod forte ideo dicebat: vt sonat alia littera: quia terra videtur esse genitrix populorum: et radium appellabat strictam viam: siue strictum meatum: quia radius videtur esse quid lineare. Et Gorgias volens circumloqui pauperem dicebat: sapiens adulator: omnes isti sic loquentes deierantes .i. diuinantes: et denotantes .i. circumloquentes supple vt non debent. Adducit autem alia exempla dicens: quod Alchidamas manesium inania appellabat animam repletam malorum. repleri enim malicijs est tendere ad vanitatem: visum autem appellabat factum ignei coloris: quia in visu videtur abūdare lux et ignis: et reportationis finis: et putauit fore promptitudinem ipsorum. adeo et Alchidamas reportatiuam finis statuit esse persuasibilitatem orationū. Duppliciter enim quis reportat finem et intentum: vel propter promptitudinem: vel propter persuasibilitatē. Et pauimētum maris obscuri coloris .i. sermonem obscurum. siue sermonem obscuri coloris appellauit pauimentum maris. ¶ Deinde cum dicit.

¶ **Omnia enim hec poetica propter duplationem videntur.**

¶ Dat causam dicti: quia ista sunt impropria dicēs: quod omnia hec propter duplationem .i. propter circumlocutiones videntur esse poetica non rhetorica: vna igitur cā quare est abusio in locutione: est hec quā assignauimus. ¶ Deinde.

¶ **Una quidem igitur causa hec: dico autem vt in linguis: vtputa Lycofron Xersem pelorum virum: et Syrorisus vir: et Alchidimas a carina poesi: et nature atasckbulina: et mētis iram.**

¶ Ponit secundam abusionem: que fit per nomina extranea dicens: quod vna alia abusio fit in linguis .i. in ydiomate extraneo: vt supplet alia littera: vtputa Lycofron Xersem appellauit virum pelorum. i. virum magnum: vt habet alia littera: forte apud grecos extraneo vir pelorus dicitur vir magnus et Syrorisineo quod erat vir: quem homines fictiebant dimittebāt: et Alchidimas nominauit fuit a carina et poesi: quia forte in magna carinat: et in magna copia erat poeticus. Vel forte erat multum iocosus poeta: poesis enim ad ludum vergit: vnde alia littera habet: quod erat in ludis est stultitia: et nare atascbulina appellat in iram mentis nature. Aut atascbalma: vt possumus ex alia littera cōiecturari: idē est quod naturalis cōcupiscentia: que extranee

dicitur ira mentis: concupiscentia enim s3 mentē gturbet nō tñ dicitur ira mentis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Tertium autem adiectiuis vti: aut longis: ut in operationibus: aut spissim positis.

¶ Determinat de abusiōe: que reducitur ad nomina synonyma. Ad cuius euidentiam notandū: q̄ s̄m cōmentatorem in quarto metaphisice synonyma sunt illa: que dicūt vnum t idem super vna ratione pro quo idem est. Omnis enim inutilis adiectio potest reduci ad istam abusionem. ideo tertia abusio hec accipitur s̄m adiectiua. In ponēdo autem hanc abusionem duo facit: quia primo premittit quod intendit. Secundo exequitur de intento. Secunda ibi. (In poesi quidem.) ¶ Dicit ergo: q̄ tertia abusio est vti adiectiuis: aut longis: vt in operationibus: aut spissim positis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In poesi quidem enim decet: lac album si dixeris: in oratione autem hec quidem indecētiora. Hec si sint importuna: arguūt t faciunt im manifestum: quia poesis est.

¶ Exequitur de intento. Et tria facit: quia primo ostendit qualiter t quomodo cōmittitur abusio: si vtamur adiectiuis importunis. Secundo si spissis. Tertio si longius. Secunda ibi. (Ita spissim.) Tertia ibi. (Homines autem.) ¶ Circa primum duo facit: quia primo dicit esse abusionem: si ponantur adiectiua importuna. Secundo probat quod dixerat ibi. (Quoniam maius facit.) ¶ Dicit ergo: q̄ in poesi decet: q̄ aliquis ponat ibi adiectiuum importunum dicendo. lac album: si enim in oratione rhetorica hoc dixerit: videbitur indecens. Addit ex hoc: q̄ adiectiua importuna. i. non inopportuna: si ponantur in oratione: statim arguunt: t manifestum faciunt: q̄ illa oratio nō ē rhetorica: sed poesis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam oportet vti ipsis: transmutat eniz morem: t abducentem facit locutionem: sed oportet coniecturare medium.

¶ Probat tales locutiones non esse rhetoricas. Et tria facit s̄m q̄ tria hic ostendit. Secunda ibi. (Quoniam maius facit.) Tertia ibi. (Non enim vt condimento.) ¶ Prima ratio talis. Oz oportet vti ipsis adiectiuis: sed opportunis: vt spectat ad propositum: sed importunis non. Et est ratio: quia talis locutio transmutat t transcendit moreʒ rhetoricaʒ. t facit locutionem abducentem. i. peruersam. oportet ergo coniecturare mediū vt non omittamus adiectiua opportuna: nec assumamus importuna. Formetur autem sic ratio. Quicquid transuertit morem rhetoricuʒ non spectat ad rhetoreʒ: vti adiectiuis importunis est huiusmodi. ergo tc̄. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniam maius facit malum q̄ȝ fortuito dicere. Hoc quidem enim nō hȝ: q̄ bene ăt: hoc aūt q̄ male. Propter q̄d ea: que sunt Alcbidimātis insipida videntur.

¶ Ponit secundam rationem. Oz talis est peior q̄ȝ locutio casualis t fortuita: q̄ nō ē rhetorica: sed huiusmodi est dicta locutio. ergo tc̄. Oz autem loquens per adiectiua importuna faciat maius malū q̄ȝ ille qui loq̄tur fortuito: p3 quia fortuito loquens non de necessitate male loquitur. sed tamen s̄m q̄ huiusmodi non habet: q̄ bene loquatur: sed loquens predicto modo: semper loquitur q̄ male. Et quia talia erant eloquia Alcbidumātis. i. illius poete: ideo videbantur insipida t abusiua. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non enim vt condimento vtitur: sed vt edulio adiectiuis.

¶ Ponit tertiam rationem. Nam adiectiua nō sunt ipsius edulium. vel non se habent vt cibus: vel condimentuʒ. quia sunt quedam adiacentia: t dantia quendam saporem eloquiis: inquantuʒ clarificant quod dicitur. Qui ergo vtitur adiectiuis importunis: vtitur eis ac si essent cibus: t ac si essent substantia locutionis: cum sint condimentum: t adiectiua quedam. Formetur autem sic ratio. Ad rhetorem spectat vti dictionibus vt debet: vt vti cibo vt cibo: t condimento vt condimento: sed hoc non facit locutio continēs adiectiua importuna. ḡ talis locutio nō ē rhetorica.

¶ Ita spissim positis t maioribus q̄ȝ regrant: vt puta: nō sudoreʒ: sȝ umidū: t non ad festa: sed ad eāque festorum solēnitatem: t non leges: sȝ ciuitatū leges legales: t nō cursu: sȝ cursuali anime ipetu. Et non museum: sed naturaʒ obtinens distrahentem solitudinem anime. Et non grossus: sed popularis gratie conditor: t dispensator delectationis audientium. Et non ramis: sed sylue ramis ascendit: t non corpus tenuit: sed corporis pudorem: t honorabile q̄rēs: eamq3 anime concupiscentiam. Hoc autem simul: t duplum: t adiectiuum.

¶ In parte ista determinat de abusione locutionis: que continet adiectiua spissa: vt cum aliquis illam eandem sententiam: quam posset dicere per vnum nomen: dicit per multa. Et duo facit: quia primo dicit talem locutioneʒ eē abusiuam. Secundo dat causam dicti. Secunda ibi. (Quare poema fit.) ¶ Dicit ergo: q̄ ita etiam cōmittitur abusio adiectiuis positis ita spissim t superflue: vt cum maiora t plura ponantur ibi adiectiua q̄ȝ euidentia requirat: vt si quis non diceret sudorem: sed humidum sudorem: superflue ibi additur humidum. Et non dicitur ad festa: sed ad eam solemnitatem: que est festorum. t non leges: sed legales leges ciuitatum: t non cursu: sed cursuali anime impetu. in omnibus his est quedā superflua locutio. Sic etiaz si quis volens dicere museum. i. musam: t scientiam diceret muse: sed obtinens naturam distrahentem sollicitudinem anime: scientia enim naturam perficit: t distrahit a sollicitudinibus aliis. Et si vellemus dicere de aliquo: q̄ est grossus: diceremus q̄ est conditor gratie popularis: t dispensator delectationis audientium. inquantuȝ facit audiētes delectari. Et nō diceremus ramis: sed sylue ramis ascendit: superflue ponitur ibi sylue: t non corpus tenuit: sed tenuit corporis pudoreʒ: t querens eam honorabilem concupiscentiam: que est anime. Cōtinentes enim corpus t anime passiones continent se t obseruāt se a pudoribus carnalibus: t honorabilia querunt: t non cōcupiscunt. Addit autem: q̄ omnia hec sunt simul duplum t adiectiuum: quia in omnibus his sunt duplicantes t circumlocutiōes t adiectiua superflua. ¶ Notandum autē: q̄ sicut in vno t eodem sophismate possunt cōcurrere plures fallacie: sic in vno t eodem vitio possunt concurrere plures abusiōes: ideo vna t eadeȝ locutio potest esse importuna spissa t longa aliter t aliter accepta. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare poema fit: t ita inmiscebat malicie excessum: propter quod poetice dicentes indecētia: ridiculositateȝ: t insipiditatē faciūt: t obscuritatem

scuritatem

scuritatem propter nugacitatem. Cum eniz co gnoscenti proponuntur: dissoluerunt euidētiā et superintendere.

¶ Dat causam quare tales locutiones nō sunt rhetoricę dicens: q in talibus locutiōibus ē poema. et in eis inueniuntur excessus maliciç propter superfluam locutionez. Talia ergo sunt poetica et cont.nent indecentia: et ridiculositaté.i. abusionem et obscuritatem faciunt propter nugacitatem .i.propter superfluam repetitionem. Quod autem faciant obscuritatem manifestat cum dicit q proponuntur talia cognoscenti et scienti soluunt euidentiam.i.tollunt claritaté reddunt enim locutionem obscuram propter superintendere.i.propter superflue intendere. et si talia dicta sunt obscura cognoscentibus multo magis sunt obscura ignorantibus. Non ergo sunt rhetorica: quia omnino rhetorica os esse clara. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Homines autem duplis vtuntur: cum innominatum fuerit: et cū sermo ē bene componibilis: vtputa: canotribem. tempore demorari. Sed si multū: semper poeticū.

¶ Ostendit quomodo fit abusio per adiectiua longa. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secūdo dat vtilitatem talium elocutionum. Secunda ibi. (Propter quod maxime.) ¶ Dicit ergo: q homines potissime vtūtur duplis.i.circumlocutionibus: et adiectiuis: siue locutionibus longis qū id: de quo loqui volunt fuit innominatū. et potissime si sermo sit bene componibilis: vtputa canotribem: quę est dictio bene componibilis: et hęc dictio contribem significat idem quod demorari per tempus. Et si tale adiectiuum fuerit multum. et in his: quę superflue componuntur: sicut adiectiuis longis: semper est poeticum et abusiuum. Ponit autem et vtitur philosophus in hoc loco adiectiuo: non prout distinguitur contra substantiuum sed pro omni adiectione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter quod maxime vtilis dupla locutio his: qui tytarabū faciūt: hi minime pbrosi. Lingue aut versificatoribus venerabile eniz et licētiatum. Metaphora aut iambicis his. n. nūc vtuntur: sicut dictum.

¶ Ostendit quibus est vtilis talis locutio dicēs: q locutio dupla.i.longa et replicata vtilis est hisqui faciunt tytarabum.i.his etiam: qui faciunt sermones legales incutiētes terrorem corporibus: et verecundiam animabus ne cōcomittantur illicita. Tales enim non potissime videntur eē probrosi: quia dicunt obprobria malefacientibus. talibus enim vtile est replicare: vt magis timorem incutiant. Addit autem quibus est licitum in talibus dicens: q linguę .i.poeticę quę potissime consistit in locutiōe: et versificatoribus prędictum eloquium est vt venerabile et licentiatū. Versificatores enim sic loquendo metaphoris: aut iambicis.i.transferunt se ad versus iambicos: quia vt dictuz est versificatores vtuntur talibus versibus. Dicebat̄ eniz fuisse q dimiserant versus exametros: et adhęserant iambicis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et adhuc quarta insipiditas in metaphoris fit. Sunt enim et metaphore indecentes. Hę quidem propter ridiculum: vtuntur.n. et fortiores comedie metaphoris. Hę autem ꝑpter vetustatem nimiam: et turgitatem: obscure autem si a longe.

¶ Determinat de abusiōe circa metaphoras. Et duo facit. quia pręmittit primo quod intendit. Et ostendit quot modis fit talis abusio. Secundo determinat de membris diuisionis. Secunda ibi. (Vtputa Gorgias.) ¶ Dicit ergo: q quarta insipiditas fit in metaphoris. Addit autez quot modis fit talis abusio. quia duobus modis. Dupliciter.n. sunt metaphorę indecentes. Primo propter ridiculuz: vt si sint nimis apparenter derisorę. Nam fortiores comędię.i.comędię satyricę: quę sunt fortes et reprehensibiles vtuntur huiusmodi metaphoris nimis apertis et ridiculosis ad reprehendendum: et increpandum alios. Hę autem .i.alio modo sunt metaphorę indecētes: si sunt nimis clausę propter nimiam vetustatem sermonis. hoc est sunt nimis obscurę propter turgitatem.i.propter obscuraz picturam poeticam: et maxime sunt tales: si sunt a longe: et si sumatur metaphora a remotis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Vtputa Gorgias viridia et sanguinea habētia negocia: tu autem hoc turpiter festinasti: et male messuisti: poetice eniz nimis.

¶ Exequitur de prędictis. Et duo facit: quia primo exequitur de metaphoris: quę sunt indecentes: quia sunt nimis apertę. Secundo de his: quę sunt nimis clausę. Secunda ibi. (Et vt Alcbidamas.) ¶ Dicit ergo: q metaphora ē nimis aperta et indecens: vtputa: illa quę dicebatur Gorgias. vt aliquis habebat negocia sanguinea.i.turpia et viridia: quia recenter fecerat illa mala: dicebat ei tu turpiter festinasti: et male messuisti. Ista metaphora erat nimis aperta: forte erat nimis consueta: ideo eam appellat nimis poeticam.i.nimis ridiculosam. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et vt Alcbidamas philosophiā superstructuram legum: et odisseyam honestum humane vite speculum: et nullum indicium poesi afferens. Omnia enim hec impersuasiua propter ea: que dicta sunt.

¶ Ponit metaphoras nimis obscuras. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo ponit ea. quę reducunt ad talia ęloquia ibi. (Illud autem Gorgię). ¶ Dicit ergo. q Alcbidamas faciebat metaphoras nimis obscuras: quia philosophiam appellabat superstructuraz leguz: quia structura et adiectio philosophica excedebat editiones legum: ideo erat super leges: et odissyeiam.i. illum hominem honestum. vna alia littera habet Vlyssem honestū appellabat speculum humanę vitę. In talibus eniz dictis non profertur fm poesim aliquod iudicium. i. aliquod ridiculosum. Prędictus enī modus est nimis clausus et philosophicus. Qui eniz bene sunt scientes laborant ad intelligendum: quomodo honestū ē speculum humanę vitę: et est regula humanorum actuum. Addit autem. q omnia hęc sunt impersuasiua propter ea: quę dicta sunt: vt quia sunt nimis aperta: vel nimis clausa: et ideo sunt metaphorica. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Illud autem Gorgie ad hyrundinem: quoniam aduersus volans dimisit superfluū. Optima tragicorꝫ. Dixit.n. tibi turpe o Philomena: alijs quidem enim si fecit non turpe: virginitatez turpe. Bene igitur male dixit dicens: qđ dixit erat: sed non qđ erat.

¶ Ponit quędam dicta: quę propter sui obscuritatem reducunt̄ ad ꝑdictū modū dicēdi. Et sunt duo: quorꝫ primū est: q Gorgias dicit ad hyrūdinē. q volans aduersus ipsum dimisit suꝑfluū.i.dimisit stercora cadere sup eū. Secundus

enim est de superfluo nutrimenti. hoc aũt est obscurũ: q̃a nõ quilibet p superfluũ itelligeret fecẽ fm dcm: sz q dixit optima tragicorũ. i. illa persona: que sciebat optime cõponere tragedias. Nra lra hz turgiorũ: sz littera falsa: vt pz per aliam translationem. Dixit aũt o Philomena. i. o tu q sic vocaris: siquis fecisset que tu fecisti: nõ fuisset ei turpe tibi q dicens virgo: est turpe qd fecisti dicẽs bene. i. recte. Male dixit ei q̃tum ad id: qd ẽ: qr forte fuerat prius mala: que nunc est bona. in talibus. n. locutionibus potest esse obscuritas pp̃ter variationez tpis: qr aliquo. n. tpe aliqua sunt clara: q̃ post tps: variatis negocijs: fiunt obscura.

Est autem ꝛ assimilatio metaphora. differt. n. modicum. Cum eñ dicaẽ. Achilles vt leo fremuit: assimilatio est. Cuz aũt leo fremuit metaphora. Propter ãbos. n. eẽ verisimiles appellauit trãsferens in leonem Achillem.

¶ In parte ista determinat de assimilatione. Et tria facit: qr primo dat dñam inter assimilationem ꝛ metaphoraz. Scdo ostẽdit ad quid est vtilis assimilatio. Tertio adducit multa exempla de assimilatiõe. Secunda ibi. (Utilis autẽ.) Tertia ibi. (Sunt aũt assimilationes.) ¶ Notãdũ aũt: q metaphora large accepta includit assimilationem aliquo tñ mõ sumpta metaphora differt ab assimilatiõe: ideo ait: q assimilatio est quedam metaphora. differt tñ modicum ab assimilatione. ideo ait: q assimilatio est quedam metaphora. differt tñ modicum vna ab alia: qr in assimilatione ponitur vt ꝛ quasi: siquis dicat. Achilles fremuit vt leo: vel fremuit quasi leo: est ibi assimilatio: sz cũ dico. Leo fremuit: ꝛ per leonem intelligo Achillẽ: est ibi metaphora. propter hoc. n. q ambo. i. leo ꝛ Achilles sunt siles. io trãsferimus Achillẽ in leonẽ. ¶ Deinde cuz dicit.

¶ Utilis autem assimilatio ꝛ in oratione. raro autem. Poeticum. n. ferende quemadmodũ metaphore. Metaphore. n. sunt dñtes eodẽ

¶ Determinat de vtilitate illius assimilationis dicẽs: q assimilatio est vtilis in oratione rhetorica: non tñ est freq̃ntanda: sed rara: ꝛ cũ expedit est vsitanda. Frequẽtare tñ assimilationes non est quid rhetoricum: sed poeticum. hẽ enim assimilationes sunt ferende. i. tolerande: sicut ꝛ metaphore. Differũt tñ hec ab illis: sicut dcm ẽ. Illud. n. dicitur toleran: quia permittitur: ꝛ causa necessitatis sustinetur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sũt autem assimilationes: vt puta ad ydreia q̃a similaẽ his: q sũt i vinculis catulis. Illi eñ icidẽtes mordẽt: ꝛ qr idreia soluũt ex vinculis ipm ꝯtingit eẽ seuũ. Et quõ Theodomas assimilabat Alcbidumũ Euxeno geometrizare nescienti. Ex proportionali erat Eusenus ꝛ Alcbidumus geometricus.

¶ Ponit multa exempla. Et duo facit: quia primo ponit dicta exempla. Secundo docet ex assimilationibus facere metaphoram: ꝛ econuerso. Secunda ibi. (Omnes autez has.) ¶ Prima assimilatio est: qr quidam poeta ydreia assimilauit catulis: qr canes mordent eos: qui incidũt cordas: cum quibus ligantur: sic ydreia solutum eẽ ex vinculis contingit esse seuum. i. crudelem contra eos: qui soluũt ipsum. Est. n. ydreia in hoc loco casus accusatiui: qr nomina greca faciunt accusatiuum in an: vel in a: vt ydreiam

vel ydreia. Consequenter tñ dicit. (Et quõ Theodomas) ¶ Ponit secundum simile: quia Theodamas. i. ille poeta assimilabat Alcbidumum Euxeno nescienti geometrisare: qr proportionabiliter Alcbidumus erat quasi Euxenus geometricus. Et forte ideo inoleuit istud prouerbiuz quia Alcbidumus volebat se intromittere de mensura terrarum: cuz non plus sciret de geometria q̃ Euxenus. i. q̃ ille rusticus. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et inde est: q in politia Platonis: qui mortuos spoliant: assimilãtur catulis: qui lapides mordent iacentium non tacti.

¶ Ponit tertiam assimilationem. qr Plato in sua policia assimilabat expoliatores mortuorum canibus. Canes eñ cum aliqui proiciunt eis lapides etiam si non sint tacti a dictis lapidibus: currunt post eos: ꝛ mordent: sic illi cũ nõ tãgant a mortuis: mortuos expoliant. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et ille ad populum: q̃a assimilatur naute forti qdẽ ꝛ surdo. Sunt aũt ꝛ illi ad metra poetarum: qr assimilantur his: qui sine pulchritudine formosi. Hi quidem enim cum efflorũerint dissoluta non similia videntur.

¶ Ponit aliam assimilationem: qr quidam assimilãt quẽdaz populũ naute forti ꝛ surdo. Et forte ideo fecit: qr ppls ille erat magne potentie: sed non erat susceptibilis disciplinẽ. Adducit aliud simile: qr metra poetarũ assimilanẽ formosis sine pulchritudine. Appellanẽ hic formosi sine pulchritudine: qui se formant coloribus: ꝛ formositatibꝰ alienis: qui. n. sic formosi sunt: cũ efflorũit. i. cuz euaporauit ille color appositus: non videnẽ pulchri: sic ẽt metra poetarum cum dissoluentur: non apparent pulchra: io si sententia illa dicaẽ prosaice: delectat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et Periclẽ dicit Samios assimilari ipsis pueris: qui cibos qdẽ suscipiunt: plorant autẽ. Et quasi ad violentos: q similes pinnis. Pinni enim a seipsis deiecti: ꝛ violenti adinuicem pugnantes. Et Demosthenes populuz: quia similis est nauibus nauigantibus.

¶ Ponit aliã assimilationẽ. qr Pericleus dicit Samios. i. illas gentes assimilari ad ipsos pueros: q cũ accipiũt cibuz plorãt. sic forte illi hoies de suis benefactoribus murmurabant. Alia assimilatio est: q violenti superbi sunt similes pinnis. Pinni. n. sunt quedam arbores alte: que vento concusse seipsas deiciunt: sic ꝛ violenti elati per supbiã contra seipsos pugnant. Et Demosthenes assimilauit quẽdam populum nauigantibus: quod forte ideo dixit: qr populus ille erat instabilis. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Et vt Democrates assimilauit rectores nutricibus: que cibum degluttẽtes saliua pueros liniũt. Et vt Antisthenes Cuphisodocũ tenuẽ thuri assimilauit: qr pereptus letificat.

¶ Ponit aliam assimilationem. quia Democrates rhetores ꝛ gubernatores ciuitatum assimilauit nutricibus: que cum pueros cibant maiorem partem cibi deglutiunt: ꝛ de residuo cibi: quod est quasi saliua pueros liniunt: ꝛ mitigant. sic ꝛ principes cum tyrannizant possessiones ciuiũ accipiunt: ꝛ verbis eos mitigant. Et Antisthenes quẽdam hominem: qui vocabatur Cuphisodocus tenuis assimilauit thuri: quia sicut thus combustum ꝛ mortificatum redolet ꝛ letificat: sic ille homo: qr forte malus erat peremptus letificauit populum. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Omnes

¶ Omnes aũt has ⁊ vt assimilatiões: ⁊ vt metaphoras licet dicere. Quare que eis vtiq3 approbate fuerint: vt metaphore dicte palam: q2 ⁊ assimilationes metaphore rõne indigentes.

¶ Docet ex metaphoris facere assimilationes: ⁊ ecõuerso. Notandũ autẽ q̄ metaphora sumit: cum aliqs introducit̃ sub specie alterius: vt si sub specie cęli intelligant̃ principes. Sẽper ergo in metaphora p vno exponitur aliud: s3 assimilatio: vt dictum est: habz fieri: cum aliquid comparatur ad aliũ. ego dicerẽ vt si leo est timẽdus: ⁊ per leonẽ intelligerem Achilem: esset ibi metaphora. sed si dicerem Achiles vt leo est timendus: q2 in hac locutione nõ intelligerẽ vnum per aliud: nõ esset ibi metaphora que est idẽ qđ transformatio. sed est ibi assimilatio ⁊ pportio. Assimilatio ergo est planior: ⁊ minus habz de iproprietate. Cum ergo qcqd dicitur metaphorice: possit dici assimilatiue: ponendo ibi: vt, quasi sicut quę assimilationẽ importãt: semper ex metaphoris possumus facere assimilationes: ⁊ ecõuerso. Duo ergo facit: quia primo dicit: q̄ ex dictis exemplis possumus vti vt assimilationibus ⁊ metaphoris. Secundo dat quãdã regulã generalẽ: fm quã debemus accipere metaphoras ⁊ assimilationes. ibi. (Semp aũt ops.) Dicit ergo: q̄ oẽs has ppositiones: ⁊ oia p̄dicta exempla: licz dicere vt assimilationes: ⁊ metaphoras. igit̃ quęcũq3 metaphore fuerant approbate possum⁹ vti illis: vt assimilationibus. Assimilationes enĩ sunt metaphore indigẽtes rõne i. rõnabiles assimilationes. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Semper autem oportet eam metaphoram ex proportionali reassignare: ⁊ alterutra: ⁊ in homogeneis. puta si phiala scutũ bachi: ⁊ scutum congruit dicere phialã martis: oratio quidem igitur componitur ex his.

¶ Dat quãdã vlez maximã. s. metaphoras ad assimilationem: q2 oĩa talia debent sumi ex pportionabilibus: ⁊ ex alterutris: ⁊ ex homogeneis. opz enĩ assimilata alterutra. i. ad se inuicẽ eẽ pportionabilia ⁊ homogenea: vt si phiala sit scutũ bachi: oz q̄ scutũ sit phiala martis. Bachus enĩ est deus vini: potatores enim pro scuto habẽt ciphũ ⁊ potũ: siue phialam: Mars est deus belli. Bellatores autem pro phiala ⁊ pro cipho habẽt scutũ. cõgrue g̃ dictũ est: q̄ si ciphus est scutum potatorũ: scutũ est ciphus bellatorũ. ¶ Epilogat q̄ oratio rhetorica cõponit̃ ex his metaphoris: ⁊ ex his silibus: aliter põt itroduci epilogus ⁊ melius: q2 oratio rhetorica ⁊ assimilatiua cõponit̃ ex his. i. ex proportionalibus ⁊ homogeneis.

Est autẽ principale electionis grecizare. hoc autem est in quinq3.

¶ Postq̃ phs ostẽdit q̄ oratio debet esse ppria: ⁊ q̄ nõ dz esse abusiua: in parte ista ostendit q̄ oratio dz esse cõgrua. Et duo facit: q2 primo in speciali assignat quędã documenta gñalia: quę requirunt ad cõgruitatem eius. ibi. (Totaliter aũt ops.) Circa primũ duo facit: q2 primo premittit modos: qbus cõtingit incongrue loqui. Scdo exeqtur de vno quoq3 mẽbro. Scđa ibi. (Principiũ qdẽ.) Dicit ergo: q̄ principale vitiũ locutionis est grecizare. i. barbalogizare siue cõmittere barbarismũ. Accipit̃ aũt hic barbarismus large put includit solecismũ: ⁊ vicia annexa. huiꝰ autem barbaralogizatio quãtũ ad pńsens fit quinq3 modis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Principium quidem cõiunctionibus si assignet quis vt apte nate sint priores: ⁊ posteriores inuicem. vt puta quedaz requirere. hec quidem: ⁊ ego quidẽ reqrũt: hãc aũt: ⁊ hãc vero.

¶ Exequitur de dictis modis. Ad cuius euidentiã notãdũ q̄ vt dicebat superius. sic in vno ⁊ codẽ argumẽto pñt assignari diuerse fallacię: sic vnũ ⁊ idẽ peccatũ rhetoricũ pot dici abusio: ⁊ incõgruitas: ppter hoc nõ est incõueniens si tangit aliqua: quę videnť esse dicta in locutione insipida: siue in locutione abusiua. Quinq3 aũt facit in hac parte fz q̄ quinq3 incõgruitates ponit. Nam primo ponit icõgruitatẽ sumptã penes cõiunctiões. Scdo penes noia. Tertio penes orationes. Quarto penes genera. Quinto penes numeros. Scđa ibi. (Scdm autẽ.) Tertia ibi. (Tertiũ non dubys.) Quarta ibi. (Quartũ vt Pythagoras.) Quinta ibi. (Quintũ in eo q̄.) Circa primũ duo facit: fm q̄ in cõiunctionibus dupl'r contingit peccare. Primo quantũ ad ordinẽ. Scdo quantũ ad multitudinẽ ⁊ quantũ ad lõgaz suspensionem. (Scđa ibi. (Opz autẽ donec.) Dicit ergo: q̄ prima incongruitas est attendenda quantũ ad cõiunctiones: vt siquis assignat eas prout sunt apte natę quędã enĩ cõiunctiones sunt priores: quę sunt ordinis prępositiui: ⁊ q̃dam posteriores: quę sunt ordinis subiunctiui. vt ille quę dicimus: qm̃ semper pręponit̃ enim: ego quidẽ postponitur. vt hęc dictio quidez. Dicimus enim: ego quidẽ: ⁊ postponitur quidem non pręponit̃: quędã vero coniunctiões reliquũt hanc ordinationẽ: quia pñt pręponi: vt vero put etiam: ⁊ reperiuntur etiaz illę quę sunt ordinis cõmunis. ¶ Notandũ autem: q̄ hic accipitur coniunctio large p oĩbus ptibus orõnis sincathegorematicis: quarũ prima ip pręponitur: sicut prępositiones: quę semper pręponuntur nunq̃ postponunť in ordine partium orationis: exceptis quibusdã partibus: vt mecũ: tecũ: ⁊ cęteris: de quibus nõ sit nobis curę. sic etiam semp pręponunť cõiunctiones p̄positiui ordinis: quędã vero dictiones semper postponũť si g̃ in his nõ seruem⁹ ordinẽ debitũ: peccam⁹. ¶ Dei. tẽ.

¶ Oportet autez donec memoria fuerit respõdere inuicem: ⁊ neq3 longe dependere: neq3 coniunctionem ante cõiunctionẽ assumi preter necessariuz. Raro enim congruit.

¶ Determinat de scđa in cõgruitate. Et duo facit: q2 primo pręponit dictum vitiũ. Scdo manifestat qđ dixerat p exẽplũ ibi. (Ego autem.) Dicit ergo q̄ opz vti coniunctionibus non longis. sed debent respõdere sibi inuicẽ: ⁊ nõ facere longã dependentiã: tñ cuim debet depẽdere cõstructio locutionis donec memoria nostra bene recordeť pręcedentiũ ⁊ sequẽtiũ: ⁊ sciamus. quę cũ quibus sunt cõstruenda ⁊ nõ debemus ponere cõiunctionẽ ante cõiunctionez nisi raro: vt qñ est necessariũ: sed pręter necessariũ nõ est fiendum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ego autem: qm̃ mihi dixit. Uenit eniz Cleõ deprecans: ⁊ dignificans: ambulabã recipiẽs eos. In his enim multe coniunctiones p̄misse sunt ante respondẽdam coniunctionẽ. Si aũt multum q̄ in intermediuz fiat eius qđ est ambulabam obscurũ. Unũq̃dq3 itaq3: qđ quidẽ bene in coniunctionibus.

¶ Quedam que proposuerat probat. Supposuerat enim: ꝙ reddere auditorem attentum et non attentuz est extra negocium: et nõ est ad auditores vt auditor est: sed vt prauus est. Preduxerat etiam: ꝙ qui habet magnum negociũ vult reddere auditores non attentos. Ideo duo facit: quia primo declarat primum. Secundo secundum. Secunda ibi. (Et qui malum.) ¶ Dicit ergo: ꝙ reddere auditorez attentũ: vel nõ attentũ est reddere auditorẽ: non vt est auditor: sed supple vt prauus est. Naz hoc est extra negociũ quod patet. q2 vt in principio primi huius dictuz fuit. Passionare auditorem est extra negocium rhetoricum: sz omnes sic facientes auditores passionant. Nam omnes vel cõmouent auditores in proemijs suis dicendo: ꝙ est locuturus magna et magnalia. et soluunt timores cõminando penas: quas omnes timent dicendo: quicunq3 non attenderit soluat tantum. Ideo subdit: ꝙ rex: vel imperator: vt habet alia littera: debent dicere: dicat. i. statuat in formis meis: supple. i. in regulis et statutis meis. quatenus non a studio. i. non a negocio principali: ꝙ non debemus intẽdere in aliquo: recedamus. Naz in bona politica dz ꝑcipi: ꝙ nihil dicatur extra negocium. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et qui malum negocium habent: aut videntur. vbiq3 enim melius morari ꝙ̃ in negocio: propter quod sed non ꝙ interrogantur dicũt: sed circa que etiam proemizant.

¶ Declarat secundũ vz: ꝙ hñs malum negociũ vult reddere auditores non attentos. ideo ait. ꝙ qui habẽt maluz negocium: vel saltim videntur habere malũ negocium tanꝙ̃ vellent: ꝙ auditores attẽderent immorari vbiq3: et in alio loco est eius melius ꝙ̃ morari in negocio proprio: ideo nunꝙ̃ tales dicunt. nec respondent ſm ꝙ interrogãtur ſm proemium: aut que sunt circa adiacentia et extranea. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Unde autem beniuolos oportet facere dictũ est: etiam aliorũ vnumquodq3 taliũ: quod ait bene dicitur. da mihi in amicuz venire. hoc autem miserabile: hec duo opz coniectare.

¶ Ostendit quomodo auditor reddendus est beniuolus: dictum est supra circa principium secundi huius: vbi ostẽsum est: quomodo debemus passionare auditores: et non solum ibi dictum est de amore et beniuolentia: sed etiam de vnaquaq3 aliarum passionum. Addit aũt ꝙ bene dictum est: et bonum ẽ venire in amicum. i. esse auditoribus amicum et beniuolum. Hoc autem. s. contrarium: vt esse maliuolum est miserabile. Hec tamen duo. s. beniuolentiam et maliuolentiam debemus coniectare: quia sic debemus ordinare sermonem. vt auditores sint nobis beniuoli. aduersarijs aũt maliuoli. ¶ Deinde cuz dicit.

¶ In exclamatiuis autem putari opz facere simul laudari auditorem: aut ipsum: aut genus aut inuentionez huius: aut aliter qualiter. Quõ enim dicit Socrates in epitaphio. Uerũq3 nõ difficile Athenienses inter Carthaginẽses laudare: sed inter Lacedemonienses.

¶ Ostendit quomodo vtendum est proemio in exclamatiuis. Nam cum volumus aliquem vituperare: debemus aliquam superficialem laudem immiscere in vituperio: vt magis credatur nobis quod dicimus. i. ad hoc debemus proemicare in exclamatiuis: vt putetur laudari auditorem: aut ipsũ: aut suum genus: aut suam inuentionẽ. i. suum ingenium: et suam scientiam: et postea ipsis laudibus putatiuis immiscere vituperia. sicut fecit Socrates in suo epitaphio. i. in sua poesi dicens: ꝙ non est difficile laudare Athenienses inter Carthaginenses: sed inter Lacedemonienses. an hoc autẽ laudando ipsos: vituperauit eos. Dz aũt quisq3 sic scire proemicare: vt sciat laudando vituperare: et vituperãdo laudare. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que autem concionatiue ex his: que iudicia

lis orationis sunt: natura autem minime bẽt. etenim de quo sciunt. Et nihil indiget negociũ proemio: nisi propter ipsum aut ꝯtradicentẽ: aut si non quantum voluerit estimant: sed aut maius: aut minus: propter quod aut criminari: aut absolui necesse: et aut augere: aut minuere. Hoc autem gratia proemio opus est: aut ornatus gratia: tamquam eloqa videãtur turpia: nõ si nõ habeãt. Talis.n. Gorgie cõmendatio de Hele ciuitate. Nihil.n. predisponens: neqꝫ pexercitans statim incipit. Helis ciuitas felix.

¶ Ostendit quõ concionatiua indiget pemio dicens: qꝛ in concionatiua debemus vti pemio: non ppter se sed pp auditorem: sic in iudiciali. Naliter.n. sm se cõcionatiua minime hꝫ pemium. nam pemiuꝫ iõ est: vt habeat cognitio negocij dicendi. Oẽs aũt qui ꝯsulunt: sciunt de quo est negociũ. ergo negocium p se non indiget pemio: et si indiget: hoc nõ est nisi ppter ipm auditorem: vel ppter ꝯdicentẽ. Aut si astantes non estimant tm negocium quãtum ipse voluerit. Ergo vtendũ est pemio p criminari et absolui quãtuꝫ ad ꝯdicentem: et ppter augere. et minuere ppter astantes: vt faciat eis tantũ apparere negocium: quantũ vult. Ornatus igit̃ gratia indiget pemio: vel ẽt indiget eo grã ornatus tã quam eloquia videant̃ turpia: nõ si non habeant ornatũ. sed si nihil hoꝝ fuerit eloquiuꝫ: non indiget pemio. Addit autẽ gratia exempli: qꝛ talis fuit cõmẽdatio Gorgie: quaꝫ fecit de Hele. de illa ciuitate: quia nihil pdisponens: nec pexercitans: sed absqꝫ proemio incepit cõmendationem illam dicens. Helis ciuitas felix.

De criminatione autem vnum quidẽ: ex quibus vtiqꝫ quis existimationẽ depravauerit: soluat. Nihil enim differt siue subexistente aliquo: siue non. Quare hoc vlẽ.

¶ Quia inter cetera negocia politica iudiciale magis indiget pemio. Et qꝛ iudiciale nõ ꝓprie indiget pemio rõne accusantis: sed rõne defendentis: et nõ ppter ipsum defendentẽ: qui maxime indiget pemio: et ad queꝫ spectat in principio criminationẽ soluere: facit hic quodaꝫ spãle caplm de solutione criminationis. Et diuidit̃ ps ista in duas partes: qꝛ ad solutionẽ criminatiõis primo dat quasdam ꝯsiderationes generales. Scdo ponit consideratiões magis spãles. Scda ibi. (Alius modus: qꝫ est peccatum.)

¶ Notandũ aũt. qꝫ istud caplm: qđ est de solutiõe criminationis: spãliter pertinet ad pemiuꝫ: sicut recolligere criminationes factas spãliter ptinet ad epilogũ. Ponendo aũt cõsiderationes generales de solutione criminationis duo facit: qꝛ primo sumit documẽta generalia ad destruendum oẽs argumẽtationes: et oẽs criminationes impositas ꝑ solutionẽ et instantiaꝫ. Primo ergo ponit documenta quõ talia debemus destruere soluẽdo. Scdo instãdo ibi. (Alius modus vt ad obiecta.) ¶ Dicit ergo qꝫ vnum documẽtũ de criminatione imposita soluenda est: qꝫ soluat illud: ex quibus aduersarius depravat estimationẽ: qꝛ facit nos estimari et reputari reos. Et addit qꝫ nihil differt: vtrũ hoc fiat sub existẽte aliquo: siue non sub existẽte: qꝛ si nos possumus soluere rõnem aduersarij ostendẽdo: qꝫ ibi est peccatuꝫ in forma: nihil refert: vtrũ illa dicta subexistant. vel vtrũ in eis sit peccatuꝫ in mã: vel non sit ibi tale peccatũ. Quare iste locus est vniuersalis ad cõmunem rationem peccantẽ in forma. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alius modꝰ vt ad obiecta obuiare: aut qꝫ nõ sunt: aut qꝫ non nociuum: aut non huic: aut qꝫ non tantum: aut non iniustum: aut nõ magnũ: aut non turpe: aut non habens magnitudinẽ: de talibus enim altercatio.

¶ Dat alium modum generalem qui fit per instantiaꝫ: qꝛ magis respicit peccatum in materia. Et duo facit: quia primo facit quod dictum est. Secundo quod dixerat manifestat per dictum Ipsicratis. Secunda ibi. (Sicut Ipsicrates.) ¶ Dicit ergo: qꝫ alius modus destruẽdi criminationes appositas est. vt obuiẽmus et instemus ad obiecta: ostendendo: qꝫ vel peccant simpliciter in materia: qꝛ non sunt vera que ait: vel si nõ simplr sunt falsa: sunt tñ aliquo modo falsa: qꝛ nõ sũt nociua: vt aduersarius dicebat. Aut nõ nocuerunt huic: vt dicebat aduersarius: aut non tantum: aut non multum: aut non magnum iniustum: aut non turpe: aut non habens magnam turpitudinem. Nam de talibus est altercatio: qꝛ talia imponuntur accusato. Cuicũqꝫ ergo talium obiectionum accusatus potest obuiare ostendendo non esse sic: vt accusatus ait: probabit accusationeꝫ illam peccare in materia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sicut Ipsicrates ad Nausicratem: ait eniꝫ fecisse qđ dicebat: et nocuisse: sed non iniustuꝫ fecisse: aut contra variare iniusta facientẽ si nocuum: sed honestum: si contristans: sed proficuum: aut aliquid aliud tale.

¶ Manifestat quod dixerat per dictum Ipsicratis dicens qꝫ isto modo defendit se Ipsicrates contra Nausicratem ait enim se fecisse quod dicebat: et nocuisse. sed non fecisse iniustum: vt ipse imponebat ei. Aut debemus ꝯtra narrare. Iniustum enim multis modis fit. Nam nocumentuꝫ: inhonestas. cõtristatio: damnum: et cetera talia ad iniustitiam pertinent. Debemus ergo cõtra variare concedẽdo vnum: et negando iniustuꝫ qꝛ si nocuimus: fecimus tñ honestũ. si contristauimus. fecimus pficuuꝫ. aut aliqd aliud tale: vt qꝛ forte ꝯtristauimus vt corrigeret̃: vl vt efficeret̃ bonus: vel aliqd aliud hmõi. In oĩbus.n.his soluit̃ criminatio imposita. ostendendo eam peccare in materia: quia aduersarius: vel simpliciter: vel saltem aliquo modo assumit falsa. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alius modus qꝫ est peccatũ: aut infortuniũ: aut necessariuꝫ: vtputa: Sophocles ait tremere: non vt criminatus: aut videatur senex: sed ex necessitate. Non.n. voluntarium aliquid eẽ circa annorum octuaginta.

¶ Ponit documenta magis specialia. Et duo facit: quia primo ponit huiusmodi documenta specialiter deseruientia ipsi criminato. Secundo addit alia documenta: que nõ solum deseruiunt criminato: sed etiam criminanti. Secunda ibi. (Alius ex criminatione.) In criminatione autem tria sunt consideranda. vꝫ. ratio criminationis: ipsum criminans: et iudiciuꝫ de criminatione. Primo ergo nos docet soluere criminationem quantum ad rationes et causas criminandi. Secundo quantum ad ipsum criminantem. Tertio quantum ad iudicium de criminatione factum. Secũda ibi. (Alius si in tali.) Tertia ibi. (Alius si fcin.) ¶ Circa pm duo facit: qꝛ primo docet soluere criminationẽ quãtum ad cãm efficientẽ. Secundo quantum ad finalẽ ibi. (Et variare qdẽ.) ¶ Dicit ergo qꝫ alius modus soluẽdi criminationẽ est ostendendo peccatum siue impositũ non fuisse voluntarium: sed accidisse ex infortunio: aut

ex necessitate: sicut Sophocles ait se tremere: nō vt crimināns: nec ppter peccatū qd fecerit: sed qz videbaſ senex: ideo faciebat hoc ex necessitate nō volūtate. Nullus est volūtate senex: vel octuaginta annoꝝ: sed quadā necessitate nāli talia contingunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et variare q̄ vnius gratia: qz non nocere volebat: sed hoc ⁊ hoc: quod culpatur fecisse accidit: aut nocuisse iustū: aut odire: sed quatenus hoc fieret: fecisset.

¶ Ponit aliā ↄsiderationez ex pte finis dicēs: q̄ debemus soluere criminationē variando finē. cuius gratia alia fuīt ostēdendo: q̄ non volebamus nocere: nec intendebamus nocumentū: nō hoc ⁊ hoc: qd culpaſ aduersarius incusatꝰ fecisse: dz dicere: q̄ accidit ppter illa nocuisse: qz fuit nocumētū pter intētionē. Jō opz dicere incusatus: q̄ iustū eēt q̄ accusans eū odiret: si fecisset illud: vt hoc fieret: vt noceret. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Alius in tali deprehensus est criminans: aut nunc: aut prius: aut ipse: aut propinquorū aliquis. Alius si alij in hoc deprehēdūtur: quos confitetur non reos esse criminationi: puta: quia si purus adulter: ⁊ aliqs ego. Alius si alios criminatur: aut alius ipsum: aut sine criminatione credebantur: sicut ipse nunc: qui apparebāt non rei. Alius econtra criminari criminantem. Inconueniens enim si ipse nō credēdus. huiōi sermones sunt incredendi.

¶ Ponit ↄsiderationes sumptas ex parte ipsius criminantis. Et q̄tuor facit s̄m q̄ tales criminationes ponit. Scōa ibi. (Alius si alij.) Tertia ibi. (Alius si alios.) Quarta ibi. (Alius econtra.) ¶ Prima consideratio talis. Qr alius modus soluendi criminationē est: si criminans dephēsus fuerit in tali crimine: aut nūc: aut prius: ipse aut aliqs ꝓpinquoꝝ: qr si hoc pōt ostēdere: ↄtingit nō esse iniustuz: qr si iniustū esset criminans: hoc nō fecisset: nec argueret alios de quo ipse est irretitus. ¶ Scōa cōsideratio talis. Qr alius modus soluendi talia est: si in illo crimine eō quo culpaſ: deprehensi sunt: quos nō ↄfiteſ eē reos s̄m criminatione: vt puta: si de adulterio est incusatus: cōfiteſ aliquem adulteꝝ eē bonū ⁊ puꝝ: dz dicere incusatus. q̄ ⁊ ego sū bonus ⁊ purus. ¶ Tertia talis. Qr alius modus est talia soluendi: si criminās criminaſ alios ⁊ alius criminaſ ipm: ⁊ maxime si criminatur eos q̄ credebanſ sine criminatiōe. Propter qd dz dicere incusatus: q̄ sicut ipse criminās criminabaſ tūc eos. q̄ apparebant: ⁊ erant nō rei: ita nunc criminaſ me: q̄ nō appareo: neq̄ sum reus. ¶ Quarta talis. Qr alius modus est econtra criminari criminantem. alleuiatur. n. culpa accusati ex crimine incusantis. Dz ergo dicere incusatꝰ incōuenientes esse: supple nō est credenduz: ⁊ sermōes incusantis sunt incredēdi. Et si pōt obtinere: q̄ credaſ incusatus criminosus: nō credeſ sermonibus incusantis: nec adhibeſ fides dictis eius. ¶ Deinde cū. d.

¶ Alius si factum est iudicium: sicut Eurypides ad conualescentem Anthidosem accusantē quo ipsius qui fecit precipiēs deierare: lingua deierauit: mens autem impotēs iurare. Ait. n. ipsum iniustum facere contra iudicia ex Dionisiaco agone ad pretoria ducentem. Ibi enim ipsum dedisse rationem: aut daturum.

¶ Docet soluere criminationē ex iudicio facto: qz si alicui in aliqua cā iudicatū est p nobis: ⁊ aliquis vellet nos de illo crimine criminari: debemus dicere ipsum esse iniustū: qz facit ↄtra iudiciū iudicatū. Jō aīt q̄ alius locus est ad soluendū criminationes. si factū est iudiciū p nobis: sicut Eurypides dixit ad ↄualescētē Anthidosem accusantē: ad illū hoiez: q̄ incusauit eū: q̄ esset impius. qz pceperat deierare ⁊ asserens: ⁊ q̄ ēt ipse lingua deierauit. Jurauit. n. vt dicebat: q̄ mēs iurare nō poterat: eo q̄ esset falsum. Euripides aūt ostēdit ipz ↄualescentē esse iniustū: qz faciebat ↄ iudicia iudicata. ideo dicebat ipm ad ꝓtoria ex Dionysiaco agone. i. ad iudicia iudicata sub agone Dionysij. Qñ. n. sub aliquo iudice iudicatum est p nobis. debemus dicere aduersario. q̄ sub tali iudice: vt sub Dionysio. vel sub aliquo alio dedimus rōnem ipsius negocij: ⁊ parati essemus dare sub eodem: si qs nos incusare vellet. ¶ Deinde. c. d.

¶ Si voluerit accusare quantum ⁊ hec: qz alia iudicia facit: ⁊ qz non credit negocio.

¶ Ponit quasdā ↄsiderationes deseruiētes nō solū incusato. sed ēt incusanti. Et duo facit s̄m q̄ tales cōsiderationes ponit. Scōa ibi. (Alius criminanti.) ¶ Circa primū duo facit: qz primo ponit considerationem ipsam. Scōo ostendit talem considerationem esse cōem criminanti ⁊ criminato ibi. (Cōis autem ambobus). ¶ Est aūt ↄsideratio talis: q̄ nos debemus accusare criminantem de ipsa criminatione: ⁊ hoc qz alia iudicia facit pro alijs q̄ pro nobis. Debemus. n. dicere: q̄ non credit negocio q̄ iudicet. i. non credit vt iudicat: quia si sic crederet pro omnibus idem iudicaret. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Cōmunis autem ambobus locus id: quod est symbola oratiōe: velut in theatro Ulysses qz domesticus Priamo thelamō: ⁊ q̄ non cōtradixit insidiatoribus.

¶ Ostendit hunc locum esse cōmunem. Nam cuz aliquis aliter iudicat pro vno: aliter pro alio: possumus de hoc ipsum accusare ⁊ criminare: ⁊ tunc iste locus deseruit criminanti. Et possumus etiaz ex hoc nos defendere: si ille nos criminaret: ⁊ tunc deseruit criminato. Ideo aīt: q̄ iste locus: q̄ homo debet symbola dicere. i. q̄ homo debet conueniētia iudicare. ⁊ semper in simili casu dz dare simile iudicium. est consequens ambobus criminanti. s. ⁊ criminato. vt domesticus Ulysses in theatro dixit Priamo: q̄ Thelamon. i. ille homo non contradicat insidiatoribus: si ergo in alio loco volebat contradicere: supple ppter diuersitatem iudicij erat criminādus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Alius criminanti parum laudantem vituperare fortiter magnum: aut multa bona cum ꝓposuerunt: q̄ negocium facit vnū vituperare. Tales aūt artificiosissimi ⁊ iniustissimi: bonis . n. necesse tentant admiscentes ipsa malo.

¶ Ponit aliam considerationem. Et duo facit: qz pmo ponit quod dictum est. Secundo ostendit illam cōsiderationem etiam ee cōmunem ibi. (Cōe aūt criminanti.) ¶ Dicit q̄ primo: q̄ alius locus est ad criminationem faciēdā. ⁊ deseruit ipsi criminanti. q̄ dz laudare paꝝ: ⁊ vituperare fortiter: ⁊ multum dz ꝓponere multa bona: ⁊ in eo qd non facit ad factum: ⁊ in eo quod est ad ꝓpositum: debet ipsuz vituperare. Et addit: q̄ tales loci sunt artificiosissimi ⁊ iniustissimi. multū. n. valēt: vt oñdaſ aduersarius esse iniustus. Nā ppter locos pmissos magis creditur nota ipositatiō: ⁊ q̄ p hōs locos multi conanſ nocere ipsis bonis vtētes miscētes bona malo: ⁊ laudes vitupio. ¶ Deiñ. c. d.

¶ Cōmune

¶ Commune autem criminanti: et ei qui absolvitur: quoniam idem contingit propter plura actum esse criminanti quidem malignandum indeterius: accipienti: ei autem qui absolvitur in melius. ut puta: quod Diomedes Ulixem pelegit. Huic quidem: quia optimum existimavit Ulixem: huic autem quia non: sed quia solus: non contra agonizator tamquam pravum. Et de criminatione quidem dicta sunt tanta.

¶ Ostendit quod iste locus non solum deservit criminanti: ut visum est: sed etiam deservit ipsi criminato qui debet absolvi a criminatione. Nam cum idem negocium possit multis modis accipi: quoniam laus est annexa vituperio: potest homo ponderare: et magnificare laudem: et vituperium palliare. Propter quod debet converti iste locus: et erit in melius ei qui absolvitur: et ideterius ei qui accipit malignationem et criminationem: sicut Diomedes increpando loquebatur dicens. Preeligis Ulixem: quasi dicat non est eligendus: quia licet hinc .i. ex una parte non est optimus: quia ipse solus. idest ipse plus aliis: non est contra agonizator .i. non contra bellator tamquam pravum sit non esse bellatorem: et sic iste locus est in malum: quia ibi plus ponderat vituperium quam laus. Si autem fieret econverso: fieret in bonum. ergo iste locus consequens est: ut patet. Ultimo epilogat: quod de criminatione dicta sunt tanta.

Narratio autem in exclamativis est non continuatim: sed secundum partem. Oportet enim actiones pertransire: ex quibus oratio.

¶ Expedita una parte perorationis. scilicet prohemio. hic philosophus determinat de narratione. Et tria facit: quia primo determinat de ea ut comparatur ad negocium exclamativum. Secundo ut comparatur ad iudiciale. Tertio ut refertur ad deliberativum. Secunda ibi. (Nunc autem risibiliter.) Tertia ibi. (In concione autem.) Circa primum duo facit secundum quod dat duo documenta ad propositum. Secunda ibi. (Oportet autem notos.) Circa primum duo facit: quia primo ponit documentum ipsum. Secundo quod dixerat probat. ibi. (Componitur enim breve.) Est autem documentum tale: quod narratio in exclamativis non debet proferri continuatim: sed secundum partem. Nam oportet pertransire .i. particulariter transire: et distincte enumerare actiones et opera: ex quibus est oratio laudativa. Est ergo intentio huius documenti: quod distincte sunt proferende actiones: ita quod ex qualibet actione bona surgamus in laudem sibi correspondentem: et tunc quelibet laus habebit suam causam annexam .i. immo etiam ipsarum actionum est causa reddenda. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Componitur enim brevis oratio: hoc quid inartificiale. Nihil enim est causa actionum quas solvit: hoc autem ex arte. Hoc autem est ostendere: aut quia est si sit incredibile: aut quia quale aut quia quantum: aut etiam omnia.

¶ Ponit quod dixerat: et duo facit secundum quod dupliciter hoc probat. Secunda ibi. (Propter hoc autem aliquando.) Dicit ergo: quod breviter loquendo: si oratio laudativa componitur .i. connectitur: et continuatur est quid inartificiale: quia narratio continuata non assignat causam dicti. Ideo cum huiusmodi oratio vel narratio solvitur: et distinguitur: non invenitur ibi aliqua causa actionum narratarum: adeo est inartificiale. Sed tunc est artificiale: quando ipsa narratio interrumpitur: et secundum partes orationis assignantur sue cause: et ostenditur: aut quia est ut dicitur: si illud videatur incredibile: aut quia est quale ut bonum: aut quantum ut magnum: aut etiam omnia sunt ostendenda: si de omnibus dubitatur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Propter hoc autem aliquando non continue oportet narrare omnia: quia difficulter memorabile ostendere sic ex his quidem igitur quod sit fortis ex his autem quod sapiens: aut iustus: ut simplicior oratio est illa: aut varia: et non evidens.

¶ Assignat secundam causam dicens: quod aliquando propter hoc. idest propter aliam causam non oportet narrare omnia continue. quia tale difficulter memorabitur. Debemus ergo si volumus aliquem laudare: dividere narrationem: narrando primo quedam. ex quibus ostendatur quod sit fortis. et postea narrare alia. et ex illis ostendere quod est sapiens: aut iustus. sic enim faciendo erit oratio simplicior. idest planior. Nam si primo narrantur omnia. et postea subduntur laudes: esset locutio varia. et non evidens. sed intricata. quia nesciremus ex quibus operibus narratis: que laus consurgeret. sed sub confusione laudes referuntur ad opera. ¶ Dei. etc.

¶ Oportet autem notos quidem rememorari propter quod multi nihil indigent narratione: ut puta: si vis Achilem laudare. sciunt enim omnes actiones. sed oportet ipsis uti. Sed si Criciam oportet non enim multi sciunt.

¶ Ponit secundum documentum: et duo facit: quia primo ponit documentum: secundo probat quod dixerat. ibi. (Est autem laus.) Dicit ergo quod oportet rememorari actus notos: quia laudes consurgentes ex talibus actionibus sunt magis digne fide. adeo addit: quod multi in suis laudibus non indigent narratione: ut puta si vellet laudare achilem: quia omnes sciunt actiones eius: non oportet eas narrare: sed debemus ipsis uti tamquam notis. Sed si Critiam laudare vellemus: oporteret narrare opera eius: quia multi nesciunt ea. ¶ Dei. c. d.

¶ Est autem laus sermo elucidans magnitudinem virtutis. Oportet igitur actiones ostendere quoniam tales. Commendatio autem oportet esse.

¶ Probat quod dixerat: in predictis autem documentis suppositum fuit: quod ex actibus consurgit laus. ideo hic hoc probat: propter hoc quod iste probationes sunt communes ad utrumque documentum. Duo autem facit: secundum quod dupliciter probat intentum per diffinitionem laudis: secundo probat hoc idem comparando laudem ad consilia. ibi. (Debent autem quadam.) Circa primum duo facit: quia primo per diffinitionem laudis ostendit: quod per opera bona et virtuosa probatur laus. Sed aliqualiter persuadet. ibi. (Que sunt circa.) Dicit ergo quod laus est sermo elucidans magnitudinem virtutis. Si ergo volumus laudare aliquem debemus ostendere actiones eius fuisse tales .i. virtuosas: et commendatio ergo et laus est ipsorum operum .i. est per ipsa opera. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que autem circa persuasionem: puta nobilitas: et eruditio. Verisimile enim ex bonis bonos: et sic nutritum tale esse: propter quod commendamus eos: qui egerunt opera: aut signa actionis sunt: et laudabimus utique: et eum qui non egit si crediderimus esse talem.

¶ Ostendit quod circumadiacentia ad virtutem persuadent ipsam laudem: et duo facit: quia primo facit quod dictum est: secundo ostendit talia circumadiacentia continere aliquo modo virtutem ipsam. ibi. (Beneficatio autem.) Continuatur ergo sic. Actiones virtuose arguunt laudem et commendationem secundum circumadiacentia virtutibus et actionibus vir-

mosis: ⁊ si nõ directe arguunt laudem: persuadent tamẽ eam: ergo persuasionem laud[is] facit nobilitas ⁊ eruditio. Probabile eniꝫ est nobiles eẽ bonos: quia verisimile est ex bonis bonos esse ortos. Sic etiaꝫ verisimile est homĩnẽ nutritũ .i. eruditum esse talem .i. est esse laudabilem ⁊ comendandũ. Ideo nos comendamus eos: quia egerũt exteriora opera: quia opera exteriora bona signa sunt interioris actionis virtuose: sicut etiam nos laudamus eum qui nõ egit opera exteriora. si credimus ipsum esse taleꝫ ꝙ elligeret bene operari. Opera ergo exteriora circũadiacent virtuti: persuadent tamen virtutẽ: siue fiant: siue nõ fiant. Dũꝫ tamẽ probabiliter credatur: ꝙ quis proponat ea facere. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Benefactio aũt ⁊ felicitatio his quidem eadem: his aũt non eadem: sed quẽadmodũ felicitas virtutem: ⁊ felicitatio continet hoc.

¶ Ostẽdit huius circumadiacẽtia aliquo mõ cõtinere virtutem. Ad cuius euidentiam notãduꝫ: ꝙ vt alludamus verbis textus: differentia est inter virtutem: felicitatem: ⁊ benefactionẽ. Uirtus eniꝫ est ipse habit[us]: felicitas est actus virtutis perfecte: benefactio vero est opus exterius. Ex vĩtute ergo tendimus in felicitatem: quia ex habitu progreditur actus vĩtutis. Ex felicitate vero progredimur in benefactionẽ: quia si adsit facultas: ex actione interiori progreditur opus exterius: quia cum aliquo modo reseruatur in suo effectu: aliquo modo reseruatur in felicitatẽ: ⁊ felicitas in benefactiõe. Benefactiões ergo ⁊ bona opera exteriora licet sint circũadiacentia virtuti: quia aliquo modo felicitatem continent. dici potest ꝙ aliquo modo sint cõtentiua virtutis. Ideo ait: ꝙ benefactio: ⁊ pro .i. felicitatio his virtutibus est vno modo eadeꝫ: alio vero modo ipsis virtutibus non eadem. Nõ enim est eadem per essentiam. sed est eadem: qꝛ aliquo modo continet eas. Naꝫ sicut felicitas continet virtuteꝫ. sic ⁊ felicitatio .i. benefactio: ⁊ bona operatio continet hoc. scꝫ felicitatẽ: propter ꝙ ipsa benefactio siue felicitatio aliquo modo continet virtutem: quia continet felicitatem contentiuam virtutis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Habent autem quandam cõem spẽm laus ⁊ cõsilia. Que eniꝫ in consulendo supposueris vtiqꝫ hec transposita locutione cõmendatiões fiunt. Quũ igitur habemus que oportet agere ⁊ qualem quendaꝫ oportet esse hoc tanq̃ꝫ supponẽtes dicentem locutionẽ transponere opꝫ ⁊ vertere: vt puta: ꝙ non opꝫ magnũꝫ sapere in his: que ꝑꝑ fortunã: scꝫ in his: que ꝑꝑ seipꝫ.

¶ Probat ꝙ opera arguunt laudem comparando laudeꝫ ad consilia: ⁊ duo facit: quia primo ponit comparationẽ ipsam: secũdo ex hoc concludit intentũ ibi. (Quare quãdo laudare.) Dicit ergo ꝙ laus ⁊ cõsilia habent quãdam cõmunem speciem: vt ostẽsum fuit in primo libro: in tractatu de negocio exclamatiuo capi[tu]lo. (Sumẽdum auteꝫ ⁊ propinqua.) ibi enim ostẽsum fuit: ꝙ que in cõsulendo supponimus transposita locutione comendationes fiũt. in consulendo enim supponimus bonum: ⁊ concludimus ꝙ sic debeamus operari: vt possimus id bonum cõsequi. In laude auteꝫ ecõtrario: quia supponimus: ꝙ aliquis sit bene operatus: ⁊ ex bonis operibus arguimus eius bonitatem ⁊ laudem. Cũꝫ ergo habeamus que opꝫ agere: qꝛ opera virtuosa: ⁊ qualẽ quendam oportet esse: quia bonũ hoc quod supponimus in consiliis dicentem ⁊ supponentem illud: si vult laudare: oportet locutionem transponere ⁊ vertere: vt puta: ꝙ non oportet sapere magnũꝫ in his que propter fortunam: sed in his: que ꝑpter ipsũꝫ. Si ergo volumus laudare dicamus: ꝙ in cordibus nostris debemus cogitare talem fuisse magnum ⁊ bonum: quia non fortuitu: sed per seipsũꝫ operatus est bona op[er]a. Si auteꝫ vellemus consulere. cõuerteremus propositũ. ⁊ supponeremus aliquid esse magnũ ⁊ bonũ: ⁊ cõcluderemus opa per que illud bonum consequeremur. ¶ Deinde cũ d[icit].

¶ Quare quãdo laudare volueris: vide qđ vtiqꝫ supponas: ⁊ quãdo suppõas vide qđ vtiqꝫ laudabis. Locutio autem opposita erit ex necessitate: quãdo hoc quidẽ obsistens. hoc aũt non obsistens transponatur.

¶ Premissa comparatione laudis ad cõsilia: concludit intentum dicens: ꝙ quando vis aliquid laudare: vide quid supponas: ⁊ quando supponas. Et vide etiaꝫ qđ ẽ laudandum: quia de necessitate locutio erit opposita ⁊ trãsposita in laude ⁊ consilio. Naꝫ in laude opera non obsistunt: sed sunt nota: bonum autem non est notum. sed cõcludimus per bona opera: semper enĩ arguendo principia nobis nõ resistunt: sed sunt quasi locus ianue in domo: vt dicit Cõmentator sup[er] scđm metaphysice: conclusiones autem nobis obsistunt ⁊ resistunt: quia eas inuestigãdo querimus. Cum ergo in consulẽdo hoc. scꝫ bonũ nobis non obsistat: qꝛ se habꝫ vt p̃ncipiũ: hoc aũt. s. opus obsistat: qꝛ se habet vt conclusio: transponatur vero sermo: ⁊ cõclusio fiat premissa: ⁊ cõcludit ecõuerso: ⁊ habebit[ur] laudatiua locutio.

Nunc aũt risibiliter aiunt narrationem oportere esse celerem q̃ꝫq̃ꝫ si pastam facienti: querenti si durã aut molleꝫ: pastabit. Q: aũt bene dicat impossibile. Et sic similiter oportet enim non prolixe narrare: sicut neqꝫ ꝑsuasiones dicere. Neqꝫ eniꝫ hic est in eo ꝙ bene: aut in eo ꝙ cito: aut in eo ꝙ breuiter: sed in eo ꝙ medio modo. hoc autem est in dicẽdo quecũqꝫ manifestabunt negocium: aut q̃cũqꝫ faciunt opinari factũ: aut nocuisse. aut iniusta fecisse: aut tãta q̃ta vult aduersario: aut ꝯria.

¶ In parte ista determinat ph[ilosoph]s de narratione: vt comparatur ad negociũ iudiciale. Et duo facit qꝛ p̃mo remouet quandã falsam opionẽ. Scđo ponit quedã documẽta necessaria ad propositũ. Scđa ibi. (Secus narrari auteꝫ.) Dicit ergo: ꝙ quidã derisorie opinant[ur] dicentes oportere narrationem esse celerem: quia sicut faciens pastam. si q̃rit eam durã vel molẽ: pastabit eã. supple nõ. Pasta eniꝫ debet esse medio modo: aliter enim impossibile erit: ꝙ aliquis eã bene ducat: vel impo[ssibi]le erit: ꝙ aliquis bene dicat dicens: pastam esse bene ducibilem: si sit dura vel mollis: debet enĩ esse medio modo. Sic simil[ite]r ⁊ narrationẽ non opꝫ prolixa narrare. Nam sicut in dicendo persuasiones non fit bene. si non fiat cito: nec si fiat breuiter: sed si fiat medio modo: sic supra ⁊ narratio medio se debꝫ habere. Hoc auteꝫ. s. medio modo se debꝫ habere: est quecũqꝫ cõgruunt negotio. igitur quecũqꝫ in dicendo manifestabũt negocium: aut facient ipsum opinari factum: aut nocuisse aut iniusta fecisse: aut esse tanta quanta vult aduersario autem esse contraria: ⁊ que ipse non vult: quecunqꝫ enim hoc faciunt: media dici debent. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Secus narrari aũt quecũqꝫ facient opinari

factum

factum: aut nocuisse: aut iniusta fecisse: aut tãta quanta vult aduersario: aut contraria.

¶ Dat quedam documenta necessaria ad ꝓpositũ. Et duo facit: quia primo documẽta respiciẽtia negocij distinctionem ponit. Secundo respicientia negocij causã. ibi. (Si autẽ incredibile.) Circa primũ duo facit fm ꝙ duo documenta ponit. Scḋa ibi. (Secus narrari aũt.) Dicit ergo: ꝙ debemus distincte negocia narrare: quia secus: ꝛ per se narrari debent queçũqꝫ faciunt opinari negocium esse factum. Sic etiam sunt per se narranda faciẽtia opinari aduersariũ nocuisse: aut iniusta fecisse: aut etiã facientia opinari negocia esse tanta quanta ipse vult: ꝛ qualia vult. Sunt ergo per se narranda: que sunt per se: ꝛ que sunt contraria aduersario. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Secus narrari autem queçũqꝫ ad tuam virtutẽ faciunt. vtputa. ego monebaꝫ semper iusta dicens non pueros derelinquere: aut alterius maliciam. Ille autem respondebat mihi: ꝙ cuiuscunqꝫ sint ipsi: sed tanq̃ꝫ ab electione. ego autem volui: ꝛ preelegeram enim hoc: scꝫ ꝛ putabam melius. Hoc quideꝫ enim prudẽtis: hoc autem boni: prudentis quidẽ in eo qḋ est proficuũ persequi: boni aũt in eo qḋ hõestũ.

¶ Ponit aliud documentum ꝙ deberent secus per se narrari queçũqꝫ faciunt ad virtutẽ tuã: vtputa in hoc exemplo. Ego semꝑ monebã iusta dicens: nõ derelinquere pueros: ꝛ quando tu narrasti omnia facientia ad virtutẽ tuã. debes narrare: que faciũt ad maliciã alterius. Aut debes dicere quãdo ego monebã nõ derelinquẽdos esse pueros: ridebat mihi ille. idest aduersarius: cuiuscũqꝫ sint illi pueri. non est mihi cure: ab electione enim ago: volui enĩꝫ ꝛ preeligebam hoc. scꝫ derelinquere pueros: qꝛ putabã hoc esse melius. idest esse proficuuꝫ. lꝫ illud. scꝫ nõ derelinquere: esset honestum. Nam inter agibilia hoc quideꝫ est prudentis: hoc autem boni ꝛ virtuosi. Prudentis quideꝫ est prosequi proficuuꝫ boni autẽ honestum. Si ergo poteris ostendere aduersarium non elegisse honestũ sed ꝓficuũ ostendes ipsum esse iniustũ ꝛ prauũ. ¶ Deinde cũꝫ dicit.

¶ Si aũt incredibile sit: tunc cãm addendã eẽ: sicut Sophocles facit exemplũ ex Antigona: ꝙ magis de fratre curabat q̃ꝫ de viro: aut pueris. Hec quideꝫ eniꝫ forsan fierent adhuc perdita. Matre enim apud inferos ꝛ patre cum vitã trãsegerint: nõ est frater ꝙ exurgat aliqñ.

¶ Ponit duo documenta sumpta ex parte cause. Et duo facit: quia primo docet qualiter debeamus nos habere: cũ scimus reddere causam dicti. Secũdo qualiter cum nesci mus. ibi. (Si autem non habes cãm.) Dicit ergo: ꝙ si negociũ est incredibile: addendaꝫ eẽ causam: sicut Sophocles ponebat exemplũ de Antigona. idest de illa muliere a qua cũ quesitũ fuisset: de quo plus curaret: an de fratre: an de marito ꝛ filijs. Respõdit: ꝙ plus curaret de fratre: q̃ de viro: aut de pueris. idest de filijs. Et quia h̃ videbatur incredibile: qꝛ mulieres intime diligebant filios ꝛ viros. Statĩ reddit causam dicens: ꝙ si hec perdita essent: adhuc forsan fierent. i. si virum: ꝛ filios perdidissem: possem aliuꝫ virũ capere: ꝛ alios filios procreare: Sed matre mea apud inferos descendẽte: ꝛ patre de hac vita transeunte: non est ꝙ aliqñ exurgat frater meus. Volebat eniꝫ ex hoc arguere: ꝙ quia frater erat bonum irrecuperabile. vir autem: ꝛ filij recuperabile: eligendum esse potius perdere virum: ꝛ filios q̃ꝫ fratrem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si autẽ non habes causaꝫ: dicas ꝙ nõ ignoras incredibilia: sed q̃a talis es: discredunt eniꝫ ad aliqḋ agere voluntariũ: nisi conferens.

¶ Docet qualiter nos debeamus habere: si dicta nostra videantur incredibilia: ꝛ tamẽ nesciamus assignare causam: per quã credibilia fiãt: ꝛ tria facit fm ꝙ tripliciter hoc docet. Primo enim hoc docet facere inculpando auditores. Scḋo passionando eos. Tertio ostendendo nos boni moris. Scḋa ibi. (Adhuc auteꝫ ex passionis.) Tertia ibi. (Et mox introducit.) Dicit ergo: ꝙ si non habes causam: per quã probes dicta tua: debes inculpare auditores dicẽs: ꝙ non ignoras dicta tua esse incredibilia: sed hoc nõ est quantum de se: cum vera sint: sed quia talis es: ꝙ nunq̃ꝫ auditores tibi credunt: quia persuades eis honesta nõ vtilia. ipsi auteꝫ discredunt: ꝛ nunq̃ꝫ volunt agere voluntarie: nisi cõferens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Adhuc ex passionis illatiuis narrãs ꝛ sequẽtia: ꝛ que sciunt: ꝛ propria: aut sibi: aut illi conuenientia. Hic aũt residebat me inspiciens: ꝛ sicut est de Cratili enthimã: ꝙ discerpens erat manus ꝛ proijciens.

¶ Dat scḋm documentũ sumptum ex passione auditoruꝫ Et duo facit: quia primo facit qḋ dictũ est. Scḋo dat quãdam ydoneitatem ad passionanduꝫ. ibi. (Persuasibilia enim.) Dicit ergo: ꝙ si non habemus causaꝫ: adhuc dicta tua potes facere credibilia ex illatiuis passionis narrãdo sequẽtia auditoribus: dicẽdo. Si nõ creditis dictis meis hec sequuntur vobis: ꝛ huiusmodi sequentia debent esse talia: vt que ipsi sciant: ꝛ que sint auditorum ꝓpria: aut illis conuenientia: quia per talia: que sunt conuenientia: ꝛ propria auditori: magis passionatur auditor. Sicut etiã ipsuꝫ potes passionare ducendo auditorẽ ad iram contra aduersariũ ostendendo eum esse insidiatorẽ. Debes enim dicere: hic residebat semper me inspiciẽs. i. semꝑ fuit insidiator. Sic etiã debes ostendere aduersariũ esse maleficuꝫ: dicendo de aduersario: ꝙ ille est ita sicut de Cratili enthimã. i. sicut de illo viro: qḋ est discerpens: ꝛ manus proijciens. idest est adeo maleficus: ꝙ vbicũqꝫ manum suam proijcit: totuꝫ destruit: ꝛ discerpit. Et quia malefici ꝛ insidiatores naturaliter odiunt: ꝛ odiẽtes de facili credũt mala de his: quos odiunt. si possimus auditorem passionare: vt aduersariũ nostrum odiat: etiam si incredibilia mala loquamur de eo. credetur nobis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Persuasibilia enim quia consona fiunt hec que sciunt illis que nesciunt: plurima aũt talia est accipe ex Homero: vt ergo ait. Vetula aũt continebat manibus faciẽ: qui enim lachrymari incipiunt: deprehenduntur in oculis.

¶ Dat quandam ydoneitatem ad passionandũ dicens: ꝙ que hoĩes sciunt magis sunt ꝓxima ꝛ persuasibilia: ꝛ magis congrua q̃ illa que nesciunt: ideo prouerbia: que sunt in cõmuni vsu: sunt magis persuasibilia. talia auteꝫ dicta cõmunia plurima est accipere ab Homero. Ipse enim ait. i. dicit aliquando prouerbium: sicut illud dictum cõmune: ꝙ vetula plorans continebat. i. cooperiebat manibus faciem suam: quia qui lachrymari incipit: deprehenditur in oculis: ideo ne illa vetula videretur plorans: ponebat manus ante faciem suam. Ex hoc enim prouerbio innuitur aliqui possunt: ꝙ miserabiliter se habentes libenter se abscondunt.

dunt.illud autem proverbium ideo introducit: vt ostendat dicta communia et nota esse magis persuasibilia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et mox introduc etiam teipsu3 qualem quedam: vt tanquam talē cōsiderent: et adversariū nō talē. sicut autē fac: qd aut facile videre oportet ex enunciantibus. De quibus autē nihil scimus tamē accipimus existimationē quādā. Ubique autem oportet narrare: et aliquando nō in principio

¶ Dat tertiū documentu3: quō debem⁹ reddere documenta nostra credibilia ex parte moris: ostendēdo nos bonos et morigeratos: quia talib⁹ magis creditur: ideo ait: q statim debes te introducere qualem quendam .idest bonu3 vt auditores considerent te tanquam tale3 .idest tanquam credēdum: et adversariū debes ostendere esse tanquam non credēdu3: et hoc debes facere latēter. Et addit q facile est videre qualiter ex enunciantibus: et ex eloquijs nostris possumus nos ostendere bonos: et morigeratos: quia de ea: quibus nihil scimus: per eloquia sunt nobis credibilia: et accipimus de eis existimationē opinando esse ea vera. Et subdit q talem ostensionem debemus facere vbilibet et vbicunque oportet narrare talia. Nam aliquando talia nō sunt narranda in principio: aliquando aūt in principio: sicut ergo requirit negociu3: sic est agendum. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In concione autē minime narratio est: quia de futuris nullus narrat: sed si quidē narratio fuerit: factorū erit: vt reminiscentes illorū melius cōsulant de his: que posterius: aut criminantes: aut laudantes: sed tunc non consulentis facimus opus.

¶ Comparat narrationem negocio deliberativo. Et duo facit. quia primo ostendit narratione3 deservire tali negocio non per se: sed per accidens. Scdo docet: si contingat nos narrare circa tale negocium aliquid incredibile: qualiter debeamus nos habere. ibi. (Si autē sit.) Dicit ergo q in cōcione narratio minime habe3 locū: quia tale negociū est de futuris. de quibus nullus narrat: sed si narratio fuerit: erit factorū per se. ergo narratio non deservit consilio: per accidens tamen servit: quia reminiscentes illoru .idest factorum melius consulant de his: que posterius .idest de futuris. Nā per preterita possum⁹ aliquid coniecturari de futuris: criminantes ea .s. preterita: si sunt mala: vel laudātes: si sunt bona: sed considerando preterita per se nō facimus consulentis opus: propter quod narratio directe et per se non deservit consilio. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si autem sit incredibile: spondere: et tamen dicere mox: et vadiari quibuslibe3 volūt velut Iocastacarchum Nordipode semp spondet scrutans querentis filiū: et Hamō sophocles.

¶ Docet qualiter debeam⁹ nos hre qō qū dicimus videatur incredibile dicens: q si sit incredibile dictum nostru3: debemus spondere: q sumus pati mox .i. statim dicere causa3 nostri dicti: et debemus vadiare .i. vadium ponere: et fidem dicere: sive promittere omnibus: qui volunt q sumus parati reddere rationem dicti nostri: velut faciebat Iocastacarchum .i. illa mulier Nordipode. idest in illa villa. vbi semper spondebat se reddituram ratione3 cause: et scrutabat .i. scrutabat filiū querētis: et Hamō sophocles .i. investigabat hominem: qui querebat: et qui esset sapiens ad querendū. Sophos enim sapientia interpretatur: et hamo dicitur esse filius ei⁹: qd diligit: et eius in quo abundat: vt dicatur esse denariorum filius: qui eos diligit: et eis abūdat sic est questionis. et sophos filius: qui libenter querit: et bene scit: et sapit querere. Illa ergo mulier: quia semper se offerebat ad reddendum causam dicti sui: semper investigabat. si esset qui huius causam scire vellet.

Persuasiones autem oportet demōstrativas eē. Demōstrari aūt oportet: quoniā de quattuor elemētis. De eo qd obijcitur ferēte3 demonstratione3. vt puta. si q nō factū est: dubitatur in iudicio: o3 huius maxime demonstrationem ferre. Deinde quia non novit hoc: et q tantu3: q iuste eodem modo et defectum esse. de hoc lis est.

¶ In parte ista determinat phs de illa parte oratiōis rhetorice: que dicit persuasio. Et dividitur hoc capitulum in partes duas. Nā persuasio ad duo potest cōsiderari. Primo ad negocia politica: ad que adaptatur. Secundo ad interrogante3 et respondentē: inter quos vertitur. Primo ergo determinat de persuasione: vt adaptatur ad negocia politica. Secūdo determinat de ea: vt vertitur inter īterrogātem et respondentem. Scda ibi. (De interrogatōe autē.) Possumus autem melius dividere: quia primo determinat de persuasionibus. Scdo de quibusdā ānexis. Scda ibi. (Enthimemata aūt.) Circa primū duo facit: quia primo enumerat ea: de quibus fiunt persuasiones. Scdo ostendit quō talia operātur ad negocia politica. Scda ibi. (Nō lateat autem.) Dicit ergo: q op3 persuasiones esse demōstrativas: qui enim persuadet aliquid demonstrat: oport3 autem demonstrari .idest oportet esse demōstrationes ex quattuor elementis .idest ex quattuor principijs .idest de quattuor principalibus: vel vt habet alia littera: est cōtroversia de quattuor maneriebus. Nam prius debemus ferre demonstrationē: de eo quod obijcitur .idest de ipso facto: vt puta dubitatur in iudicio. si aliqd non est factu3. immo potissime op3 ad ea: que sunt eius ferre demōstrationem. Deinde postquā ostensum sit: q sit factū: restat ostēdere: quia non novit hoc: vel quia non novit .idest q fecit illud ex electione: vel non ex electione. Tertio est litigandum: vtrum hoc sit tantū: vel non sit tantū. Quarto eodē modo est lis: q hoc est defectum .idest est non factum iuste. Pricipalr ergo lis est de quattuor. v3. de facto: de electione: de tanto: et de iusto. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Non latet autem q necessarium in hac litigatione sola: alterum esse malignū. Non eni3 est ignorantia causa: sicut si aliquid de iusto litigaret: quare in hoc vtendū. In alijs autem non.

¶ Comparat talia ad negocia politica. Et duo facit: quia primo ostendit quomodo negocia politica comparantur ad ea: de quibus est persuasio. Secundo manifestat quomodo politica negocia vtūtur persuasionibus. Secūda ibi. (Sunt autem exempla.) Circa primum tria facit: quia primo ostendit quomodo ea: de quibus est persuasio: comparantur ad iudicium negociale. Secundo quomodo cōparantur ad exclamativū. Tertio quō ad concionale. Secunda ibi. (In exclamativis aute3.) Dicit ergo primo: q non lateat nos: q in hac sola litigatione: in qua scilic3 litigatur. sc3 de iusto et de iniusto: necesse est alterum esse malignum vel non malignū. ideo aut: q litigare de ignorantia non est ita causa malignitatis: sicut si aliqui litigarent de

iusto

iusto: vel de iniusto. Facit ergo ignorantia vel scia ad malignitatem: quia qd ex electione vel non fit aggrauat: vel alleuiat negocia: tamen ignorantia non ita per se et essentialiter respicit malignitatē: sicut iusticia. cum ergo in negocio iudiciali sit principalis intētio excusare de malignitate: vel ostendere aduersarium esse malignū: solum in h negocio. scilicz iudiciali vrēdū est principalr litigio: vt respicit iustum. vel non iustuz. In alijs aūt negocijs: et si vtimur iusto et iniusto: nō tn̄ ita pncipalr. ¶ Deide cū dic.

¶ In exclamatiuis aūt ꝙ multū: quia honesta et proficua augmentatio erit. Acta enim opz credi. Raro enim et horum demonstrationes ferunt: si icredibilia: sz si alius causam habeat.

¶ Ostendit quomodo negocium exclamatiuū comparatur ad ea: de quibus est lis. Continuetur autē sic. Litigare de ignorantia: vel non ignorantia: siue litigare. vtruz aliquis egerit ex electione: vel non electione in iudicialibus directe non valet: licz valeat ex consequēti. tamē in exclamatiuis electio: vel non electio multū facit. talia eniz sūt honesta et laudabilia: nullus enim laudatur in his: quę a fortuna: sed in his quę agit per seipsum: et ex electione. Talia ergo sunt proficua ad laudandū. et per ea erit augmentatio exclamatiui negocij. Addit autem: ꝙ acta oportet credi: quia raro sunt demonstrationes horum actoruz: si sint incredibilia ipsa acta: quia raro contingit: qꝫ alius habeat causam ad probandam huiusmodi acta et huius operas: sed supponit ea: et ex eorū suppositione laudat tanꝗ agentez virtuose et ex electione. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In concionatiuis autez quomodo non erūt dubitabit vtiqz quis: aut quomodo erit quidē qd precipitur: sed nō vt iusta: aut nō pficua: aut non tanta. Oportet autem itēdere: si quis mētitur ex tāto negocio: argumēta eniz ad hoc videntur ex aliorum ꝙ mentitur.

¶ Ostendit quomodo talia comparantur ad negociū concionatiuū dicens ꝙ si talia: de quibus pōt esse lis: comparantur ad negocium concionatiuum: hoc est inquantum sunt proficua: et respiciunt tempus pręsens. ideo ait: ꝙ i cōcionatiuis dubitabit aliquis: quomodo erūt proficua: aut suppole: quomodo erit proficuum qd pręcipitur. Sz vtruz res: quę pręcipitur: sit iusta: vel non iusta: talis dubitatio et litigatio: vel non est proficua: et est oīno impertinēs ad negocium deliberatiuum. Uel si spectat ad eum: nō tantuz pertinet ad ipsum dubitare de iusto: sicut de conferente: quia in deliberatione principalr intēditur conferens. Addit autem: ꝙ oportet intendere: si quis mentiatur ex tanto negocio: quanto consulit. Argumēta aūt ad hoc cognoscēdum videntur sumi ex alijs negocijs: qꝛ si aliquis consiliator mentitur in negocijs aliorū: signum est ꝙ mentiatur in nostro. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sunt autem exempla quidem magis cōcionalia: enthimemata autem magis iudicialia. Hec quidem enim circa futurū: quia ex factis necesse exemplum dicere. Hec autem de entibus: aut non entibus: cuius magis demōstratio ē: et necessitas: hz eni qd factū ē necessitatē.

¶ Ostendit quomodo politica comparantur ad ea: de quibus est persuasio: in parte ista intendit ostendere quomō huiusmodi negocia persuasionibus vtuntur. Et tria facit: quia primo ostendit quomodo vtitur persuasionibus negociū iudiciale. Secundo quomodo concionale. Tertio qūo exclamatiuum. Secunda ibi. (Concionari autē difficili⁹.) Tertia ibi. (In exclamatiuis autez oportet.) Circa pmū duo facit: quia primo ostendit iudiciale negocium principaliter vti enthimematibus. Secūdo hoc ostenso declarat: quomodo debeat enthimematib⁹ vti. Scda ibi. (Nō oportet autem.) Dicit ergo: ꝙ exempla sunt concionalia. Enthimemata autē magis sunt iudicialia. Subdit autez dictorum causaz: ꝙ hęc. scz concionalia: sunt circa futurū et quia de futuris pfecta iudicamus: necesse est dicere exēplū de factis: vt per ea concionator arguat de futuris. ideo exempla magis sunt cōcionalia. Sz hęc. s. iudicialia sunt de pręteritis entibus: vel de non entibus: cuius est demōstratio: et necessitas: quia quod factū est habz necessitatē. ideo ad talia possum⁹ arguere per enthimemata necessaria. Est ergo intentio huius partis: ꝙ iudiciale negociū principaliter vtitur enthimematibus. ¶ Deinde cum dicit.

